Q. D. B. V.

S. R. I. PRINCEPS POLITIAM CIRCA COMMERCIA ET STVDIA CIVIVM SVORVM RITE ADORNANS.

POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

GEORGIO II.

M. BR. FRANC. ET HIB. REGE DEFENSORE FIDEI
S. R. I. ELECTORE ARCHITHESAVRARIO
DVCE BRVNSVICENSI AC LVNEBVRGENSI
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

IN VNIVERSITATE
GEORGIA AVGVSTA
MODERANTE

GEORGIO HENRICO AYRER

PHIL. ET I. V. D. CONSIL. AVL. REGIO
IVR. ANTECESSORE
ORD. IVRID. H. T. DECANO

ADVMBRAVIT
PVBLICEQVE DEFENDET
VRBANVS LEVIN GABRIEL LVEDECKE
BRVNSVICENSIS.

AD D. VI. APRIL. cIↃ IↃ CC XXXXVI.

GOTTINGAE
LITERIS IO. CHR. LVD. SCHVLZII ACAD. TYPOGR.

A SON ALTESSE SERENISSIME

MONSEIGNEUR

CHARLES

DUC REGNANT DE BRONSVIC ET LUNEBOURG.

MON TRES GRACIEUX PRINCE.

)(*MON-*

MONSEIGNEUR.

C'eſt en fidèle ſujet, & avec un coeur rempli de ſoumiſſion & de reſpect, que j'oſe mettre aux pieds de Vôtre Alteſſe Sereniſſime les prèmices de mes Etudes academiques.

Outre

Outre que je ſuis perſuadé que ce tribut n'apartient qu'à Vous, Monſeigneur, la protection, dont Vôtre Alteſſe Sereniſſime honore les Muſes, me fait eſpérer qu'Elle daignera gracieuſement accorder un ſeul de Ses regards favorables au theme que j'ai choiſi. Les ſoins dont Vôtre Alteſſe Sereniſſime eſt toujours occupée pour faire fleurir les Etudes & le Commerce dans Ses Provinces & l'inſtitution magnifique, qui vient d'éclore ſous Ses yeux dans la Ville de Bronſuic font l'admiration de tous ceux qui ne veulent pas ignorer, que les Etudes & le Commerce ſont à l'Etat ce que l'ame eſt au corps.

Cette connoiſſance, Monſeigneur, que Vôtre Alteſſe Sereniſſime a du veritable interêt de Ses Sujets, cette ardeur qu'Elle temoigne à les rendre heureux, ce diſcer-

nement, qu'Elle fait paroitre dans le choix du vrai mérite la rendent adorable aux yeux de toute l'Europe.

Veuille le Ciel, Monſeigneur, exaucer les Voeux qui lui ſont adreſſés pour la Conſeruation d'un Prince qui fait conſiſter ſa gloire dans la felicité de ſon peuple. Ce ſont les ſentimens, ce ſont les ſouhaits de celui, qui eſt avec un devoüement le plus Zelé & avec la ſoumiſſion la plus parfaite,

MONSEIGNEUR,

De Vôtre Alteſſe Sereniſſime,

à Göttingue le 5. Avril 1746.

Le tres humble & tres Obeiſſant ſerviteur & fidele ſujet.

Urban Levin Gabriel Luedecke.

CON-

CONSPECTVS.

PROOEMIVM IN QVO INSTITVTI RATIO EXPONITVR AVSPICATISSIMVSQVE INTER COMMERCIA ET LITTERARVM STVDIA NEXVS PRAESERTIM IN TERRIS BRVNSV. OSTENDITVR.

SECTIO I.

DE IVRE PRINCIPIS IMPERII CIRCA POLITIAM GENERATIM.

SECTIO II.

DE IVRE PRINCIPIS IMPERII CIRCA REGENDA CIVIVM COMMERCIA.

§. I. Vocis Commercii origo, significatus & synonyma, exponuntur.

§. II. Commercium definitur.

§. III. Commerciorum vtilitas & necessitas ostenditur.

§. IV. Eorundem origo & progressus breuiter enarrantur.

§. V. Commerciorum diuersitas proponitur.

§. VI. De summae in Rep. potestatis cura circa commercia.

§. VII. Commerciorum libertas quatenus restringi possit, traditur.

§. VIII. Maior pacis, quam belli, tempore commerciorum solet esse libertas.

§. IX. De foederibus commerciorum in transcursu quaedam monentur.

§. X. Cura Commerciorum in Imperio R.G. saepe quidem occupauit comitia, sed statibus tamen in suo cuique territorio potissimum relicta est.

§. XI. De personis mercaturam exercentibus, tum Christianis, tum Iudaeis & Haereticis.

§. XII. De Priuilegiis Mercatorum.

§. XIII. Peregrinis mercatoribus in praeiudicium domesticorum merces suas venum exponere non semper licet.

§. XIV. De exportatione & importatione mercium licita & illicita.

§. XV. De mercibus ad luxum potius, quam ad vitae sustentationem, spectantibus, magis restringendis maiorique onere grauandis.

§. XVI. De poena eorum, qui vel merces prohibitas inferunt euehuntque, vel vectigales reticent.

§. XVII. Quatenus principes Imperii tempore belli com-

SE-

SECTIO III.

DE IVRE PRINCIPIS IMPERII CIRCA CIVIVM STVDIA DIRIGENDA.

PROOE-

PROOEMIVM

IN QVO INSTITVTI RATIO EXPONITVR AVSPICATISSIMVSQVE INTER COMMERCIA ET LITTERARVM STVDIA NEXVS PRAESERTIM IN TERRIS BRVNSVIC. OSTENDITVR.

Vaſa dum colligo reditumque in patriam dum meditor, non prius ex hac Academia Georgia Auguſta diſcedere decreui, quam Muſis Gottingenſibus valedixiſſem, quod quidem non rectius fieri poſſe putaui, quam ſi publice edito aliquo temporis apud illas bene collocati ſpecimine abitum meum ſignarem. Cogitanti vero mihi de academicae diſſertationis argumento, nec elegantius, nec illuſtrius, occurrere poterat eo, quod ſumma illa & incredibilis Sereniſſimi Brunſuicenſium Ducis, CAROLI, patris patriae

longe clementiſſimi, cura, quam procurandae felicitati reipublicae impendit, & qua totum adeo ducatum ſuum in dies florentiorem ciuesque ſuos beatiores reddere ſtudet, ſuppeditauit. Quis enim eſt rerum omnium, quae noſtris temporibus geruntur, tam ignarus, quis recentiſſimarum proximarumque tam incurioſus, quem fugiat, quam auſpicato ſplendidiſſimum hoc Guelphicae gentis decus Mercurium Mineruae iunxerit conſortio, quanta animi contentione vtriusque ſtudia ad illud euexerit faſtigium, quo laeti nunc illa conſpicimus. Huius ſub principis ſapientiſſimi auſpiciis non ſolum varia commerciorum florent genera, ſed ſub tam benigni tamque potentis Muſagetae tutela etiam ſcientiarum artiumque optimarum cultura viget. Haud igitur immerito ſibi gratulantur Brunſuicenſes ciues, quod ſub optima reipublicae diſciplina regantur a principe, quo nec fingere, nec optare ſibi meliorem poſſent, quem non tyrannum, ſed ciuem, non dominum, ſed parentem ſibi a ſummo rerum omnium largitore, Deo, datum eſſe intelligunt. Quocunque enim vertant oculos, vbique luculentiſſima ſummi erga ſe amoris ac paternae prouidentiae veſtigia deprehendunt. Teſtantur de eius cura indefeſſa tot laudabilia inſtituta, ſerae etiam poſteritati profutura, quae ipſi vel originem, vel emendationem & perfectionem debent, tot officinae ipſius iuſſu ad fabricandas formandasque varii generis merces non minus ſplendide, quam apte & commode, paſſim extru-

ſtructae, in quibus egregii artifices opificesque, non ſolum ipſi operantur quotidie, ſed alios quoque artibus operibusque ſuis erudiunt. Loquuntur ſummum eius promouendorum commerciorum ſtudium variae leges ac conſtitutiones, vnice hunc in finem promulgatae, quibus quoque acceſſit indiculus hebdomadalis, tum litterarum tum aliarum rerum commercio apprime conueniens, & nuper non ſine inſigni reipublicae tum ciuilis tum litterariae commodo Brunſuigae edi coeptus. Prolixiſſimum vero eius amorem in omnes bonarum artium cultores vel nouum idque ſplendidiſſimum & ampliſſimum Muſarum domicilium prodit, munificentia eius in eadem vrbe non ita pridem conditum, ipſiusque, quo auguſtius redderetur, nomine ornatum, & optimis in ſua quouis arte ac ſcientia magiſtris inſtructum, collegium puto CAROLINVM, cuius ianuae iam omnibus erectioris indolis adoleſcentibus in ſpem patriae natis, & vel litterarum ſtudiis, vel mercaturae deſtinatis ſunt apertae. Tu quoque, Alma Academia IVLIO CAROLINA, huius rei teſtis es, quae vtrumque hoc nomen boni ominis pleniſſimum ad ſeros alumnos tuos propagatura, ſub praeſidio tam dulci famam dudum partam tam feliciter ſeruas atque amplificas, vt ex acroateriis tuis, tanquam ex equo Troiano, quotidie prodeat florentiſſimorum ingeniorum multitudo, ad regendam aliquando rempublicam & communem ciuium ſalutem promouendam omni doctrinarum genere exculta.

Elucent porro laudatiſſimi principis in rempublicam merita, ſicut ex innumerabilibus aliis rebus, ita etiam ex legibus ſaluberrimis, emendandae Iuſtitiae & abbreuiendarum litium cauſſa ſenſim promulgatis, inter quas eminet conſtitutio non ſatis laudanda, quae initio ſuperioris anni prodiit, de tollendis concurſibus creditorum per modum commiſſionis, quae inſtar fili Ariadnei ſit, ex hoc Labyrintho viam expeditiſſimam monſtrantis. Haec omnia vero ſatis ſuperque indicant, ſupremam optimo principi legem ciuium ſuorum felicitatem, neque minus ipſi curae cordique mercaturae, quam bonarum litterarum, florem eſſe, eam demum florentiſſimam rempublicam fore, perſuaſo, in qua commercia ingenuaeque artes arctiſſimo copulantur nexu. Sane ſummi ſapientiae proceres, & ciuilis prudentiae praeceptores, tum antiqui, tum recentiores, vt omnium ſcientiarum inter ſe, ita & mercaturae ac liberalium artium commune quoddam vinculum agnouerunt, vno quaſi ore profeſſi, mutuum ſemper auxilium haec ſtudia inuicem ſibi praeſtitiſſe. Quod ſi forte dubium cuiquam videatur, is oculos conuertat ad mercatorum tabernas, qui praeter librariae ſupellectilis adparatum ex peregrinis regionibus & diſſitiſſimis ſaepe terrarum angulis inſtrumenta Mathematica, Anatomica, Chirurgica, Chemica, variique generis plantas, arbores, aromata, magno artis Botanicae & Medicae incremento, nec non alias res aduehi curant, quibus ſine inſigni noſtro diſpendio in ceteris ſcientiis carere

re

re non possumus. Taceo miros studiorum progressus, mercaturae auxilio factos, sileo tot antiquitates a mercatoribus seruatas, atque ab interitu suo liberatas, lubens praetereo peregrinationum commoditates opportunitatesque, commerciorum beneficio introductas. Quae cuncta ita sunt comparata, vt plenissime nos conuincere queant de arcta illa, quam mercatura & bonarum artium studia inter se habent, cognatione. Neque opus fuerit multis illam veterum testimoniis firmare, sed instar omnium esse poterit elegantissimum iudicium, quod eloquentiae Romanae princeps, M. T. CICERO, hac de re tulit. Mercatum is adpellat Atheniense Gymnasium, Cratippum cum mercatore, artes honestas cum mercibus comparat, dum ad Marcum filium ita scribit, de officiis Lib. III. c. 2. *Suscepisti praeterea onus graue Athenarum & Cratippi, ad quos, cum tanquam ad mercatum bonarum artium, sis profectus, inanem redire turpissimum est, dedecorantem & vrbis auctoritatem & magistri.* Plura de ista mercatura analogica, vti vocant, scriptis suis interspersserunt magni nominis viri, MARTINVS CHEMNITIVS, IOH. VALENTINVS ANDREAE, aliique auctores, quos IOH. MARQVARDVS in limine statim operis sui amplissimi de iure Mercatorum & commerciorum hanc in rem laudat, vbi mercaturae praestantiam & dignitatem aduersus eiusdem contemtores vindicat, HOMERVM inter alios in suas vocans partes, qui ipsam Sapientiae Deam mercatoris habitu, quasi aptiorem

non inuenerit, decçrauit. Illis vero, qui nihil Mercurio cum Pallade commercii, Muſasque a ſtrepitu forenſi alienas eſſe, occinunt, iam pridem quoque alii ſatisfecerunt. Non ſine intima igitur animi voluptate, qui ſub Brunſuicenſi coelo natus educatusque ſum, ambobus hiſce fulcris patriam meam niti cerno, Deumque pro patriae patris, populo ſuo tam cari, diutina conſeruatione & perpetua incolumitate ardentiſſima vota nuncupo. Nullam quoque hinc mihi, ſtudiisque meis argumentum magis conuenire viſum eſt, quam illud de principis imperii circa regenda commercia & ſtudia ciuium ſuorum aequa cura & poteſtate, quod nunc, quantum quidem & per iuuenilis ingenii tenues vires, & per temporis, quibus me video circumſcriptum, anguſtias licebit, paullo excutere vberius adgredior. Quo vero meliori ordine procedam, habeamque, quo tanquam ad cynoſuram, mentis meditationem dirigere queam, totam hancce tractationem exiſtimaui in tres ſectiones dispertiendam, quarum prima generalia de iure principum circa politiam, in ſuis territoriis adornandam, continebit, altera de commerciis, vltima de ſtudiis ciuium, ad reipublicae ſalutem dirigendis, aget.

Se-

SECTIO I.

DE IVRE PRINCIPIS IMPERII CIRCA POLITIAM GENERATIM.

§. I.

ETYMON VOCABVLI POLITIAE VARIOSQVE EIVSDEM SIGNIFICATVS EXPLICAT.

Vocabulum politiae, vt ab hoc ordiar, Graecis debemus, qui per illud leges ſocietatum ciuilium publicas intelligebant, ſiue ad ſtatum reipublicae ſpectantes, & ab iis, quae negotia ciuium priuata reſpiciunt, diſtinctas. Deſcendit vero vox ipſa πολιτεια a πολις, quod ciuitatem denotat. Hinc in eo conueniunt interpretes, nihil Graecos aliud hac adpellatione indigitare voluiſſe, quam quod nulla ciuitas ſine legibus publicis conſiſtere poſſit, ſiue quod executio illarum legum, quae ius publicum conſtituunt, & conſeruatio ſocietatis ciuilis, quae ciuitatem format, inſeparabili nexu cohaereant (a). A Grae-

(a) Sic quoque per verba πολιτέυειν, & πολιτέυεσθαι nihil ipſi aliud, quam rempublicam adminiſtrare, & per πολι-

A Graecis peruenit hic politiae ſignificatus ad Romanos, qui eundem ad maiores noſtros tranſtulerunt. Sicuti autem politia varias complectitur regiminis ſpecies, ita & vario ſolet adhiberi ſenſu. Mox enim generaliter ſumta cuiuslibet reipublicae formam indicat, quam vel Monarchicam, vel Ariſtocraticam, vel Democraticam eſſe, iam dudum prudentiae ciuilis doctores, ARISTOTELIS hac in parte praecepta ſecuti, tradiderunt (b). Mox ſpecialiori ſenſu ſingularem vniuscuiusque gubernationis partem, atque ſic vel politiam eccleſiaſticam, vel ſecularem eamque vel ciuilem, vel militarem, denotat.

§. II.

POLITIA PROVTI COMMVNI SVMITVR VSV LOQVENDI DEFINITVR.

In ſenſu contra paullo ſtrictiori, qui vſitatiſſimus etiam eſt, politia publicum ordinem cuiuslibet ciuitatis ſignificat, & huc ſpectant fere omnia illa elogia, quibus politiam

λιτεύματα inſtituta, gubernationem reipublicae reſpicientia, intellexerunt. Vnde ſcite explicat locupletiſſimus ille rerum politicarum promus condus, DE LA MARE, eam Iouis adpellationem, qua πολιεὺς audiit, ſeu legis, qua publica nititur vtilitas, protector. vid. eius Tr. DE LA POLICE, Lib. I. Tit. I. p. 2.

(b) Pertinet huc ſignificatus, quem politiae tribuit PARDVLPHVS PRATEIVS in *Lex, Iur. Ciu. & Can.* h. v.

litiam paſſim in veterum philoſophorum pariter atque Iureconſultorum ſcriptis exornatam videmus. Ita PLATO (c), philoſophorum facile princeps, politiam definit vitam, ordinem & legem κατ' ἐξοχὴν, quae ciuitatem regat conſeruetque. ARISTOTELES (d), PLATONIS doctrina imbutus, politiam dicit bonum ordinem, gubernationem ciuitatis, ſuſtentationem vitae populi, primum & ſummum bonum. ISOCRATES (e), facundiſſimus Graecorum Orator, politiam *ciuitatis animam* dicit, *cuius ea vis ſit*, *quae mentis in corpore.* Quibuscum omnibus etiam plane conſpirant ſcriptores Romani, ad quos prouocat ſupra laudatus DE LA MARE. Inter Iurisconſultos vero Gallos, quorum varia hac de re iudicia congeſſit idem, nemo melius politiae totius ambitum complexus eſt BRETO, quem non minus bonum ICtum, quam magnum magiſtratum vocat, & cuius ipſiſſima verba (f) huc tranſcribere haud piget. *J'appelle*, inquit, *la police les loix & les ordonnances*, *que l'on a de tous les tems publiées*, *dans les etats bien ordonnez*, *pour regler l'oeconomie des vivres*, *retrancher les abus*, *& les monopoles du commerce*, *& des arts*, *empecher la corruption des moeurs*, *retrancher le*

(c) De *Legibus* Lib. III. & VI. & *de republica* L. IV.

(d) *Ethic.* L. I. c. I. & *Pol.* L. III. c. I. §. 4. item L. VII. c. I.

(e) in *Panathen.* pag. 767. edit. Baſil. per *Io. Oporinum.*

(f) Mr. LE BRET *de la ſouveraineté du Roi* L. IV. c. 15.

le luxe & bannir des Villes les Jeux illicites: ce qui a merité ce nom particulier de la police, d'autant qu'il seroit impossible qu'aucune cité put long tems subsister, si ces choses y etoient negligeés. Facile igitur erit ad intelligendum, politiae nomine comprehendi, quidquid ad bonum ordinem, salubritatem, securitatem, tranquillitatem, vtilitatem, decorem, commoditatem iucunditatemue publicam pertinet, floremque tum commerciorum, tum artium, tum etiam opificiorum promouet atque omnium rerum, vsibus vitae humanae inseruientium, adfluentiam procurat (g).

§. III.

VARIAE EIVSDEM DIVISIONES ADFERVNTVR.

Neque vero intra muros vrbium solum contineri politiam, sed etiam extra ciuitatum pomoeria sese extendere

(g) Generales politiae tituli ad determinandum eiusdem obiectum, *in dem Reglement wegen anderweitig angeordneter Policey-Commission zu Göttingen*, hi indicantur: *Mahl- und Back- Schlacht- und Marckt-Wesen, die Beobachtung der Maaße, Ellen und Gewichte, Beobachtung der Feuer- und Gassen-Reinigungs-Anstalten, Aufsicht auf publique Brunnen und Wirthshäuser, auch Crahm- und Hocken-Nahrung;* quanquam exempli tantum gratia haec posita esse, neque hinc rei cereuisiariae aliorumque negotiorum huc spectantium curam excludi, subiuncta clausula ampliatiua; *und überhaupt alles, was zum Policey-Wesen gehöret*, satis innuit.

re, curamque adeo viarum publicarum, pontium, ſyluarum aliarumque rerum prouincialium in ſenſu latiori complecti, tralatitium eſt. Vnde variae politiae diuiſiones, in vniuerſalem & particularem, huiusque iterum in municipalem, ruſticanam, militarem, foreſtalem, opificiariam & ſic porro naſci, quilibet facile intelligit (h), quas ſingulas hic perſequi noſtri non eſt inſtituti.

§. IV.

POLITIAE CVRAM PENES SVMMAM IN REP. POTESTATEM ESSE, OSTENDITVR.

De eo potius nunc ſollicitos eſſe nos oportet, penes quem cura ſit atque auctoritas politiae. Ad neminem autem alium illam pertinere, niſi cui ſumma in republica poteſtas competit, haud difficile fuerit intellectu, ſi ad ipſas rerumpublicarum origines recurramus. Poſtquam enim homines primaeuae rerum communioni miſerunt nuncium, & ſuas ſibi quisque ſedes, ſuos agros, ſuas denique, quibus indigerent, res vindicare coeperunt, non aliter tuti ac ſecuri eſſe potuerunt, quam ſi, abdicata illa, qua pares omnes natura nati ſumus, libertate, in ſocietates ciuiles

(h) Confer, quae de his ſolidiſſime tradit Conſultiſſ. SCHREIBER in Diſſ. de *politiae & earum, quae Iuſtitiae dicuntur, conflictu & differentia* Sect. I. §. 4.

uiles coalescerent, atque voluntates suas voluntati eius, cui imperium detulissent, submitterent. Huic vero non potuerunt non omnia simul iura relinquere, quae ad moderandam ciuitatem requiruntur, & sine quibus salus publica consistere nequit. Hinc sine dubio quoque eius est omnibus rebus, quas politiae nomine modo comprehensas esse diximus, formam ac modum praescribere, eosque limites ponere, quos vtilitatem ciuium suorum publicam exigere intelligit. Siue vero maiestas, vel exercitium summorum iurium, sine quibus respublica administrari non potest, penes vnum resideat, siue penes plures, perinde est. Quomodocunque enim forma regiminis comparata sit, ad eos, penes quos rerum summa est, adornandae politiae cura spectat. Quum vero, propter diuersorum negotiorum multitudinem, ipsi rebus superesse nequeant; necesse est, vt in curarum suarum partes alios vocent singulisque singularem rerum inspectionem demandent. Unde iam in republica Ebraeorum non minus, quam Graecorum & Romanorum, (i) peculiares magistratus deprehendimus, quibus rerum publicarum curatio speciatim fuit commissa.

§. V.

(i) de quibus omnibus late agit DE LA MARE l. c. L. I. Tit. 2. 3 4. c. 1. seqq.

§. V.

DE CVRA POLITIAE IN IMPERIO ROM. GERM.

In Germania ficuti maieftas penes imperatorem & ftatus imperii collectiue fumtos fimul eft: ita vinculum reipublicae Germ. commune atque arctiffimus inter caput & membra vniuerfitatis nexus, non aliter fert, quam vt politiae pariter, atque aliorum negotiorum, ad communem totius imperii habitum & felicitatem fpectantium, in ipfis comitiis ratio habeatur. Neque folum variae ordinationes politicae in ipfis compofitae (k), fed ipfum Inftrumentum quoque Pacis O. Art. VIII. §. 3. id teftatur, in quo reformationem politiae non minus, quam Iuftitiae, ad comitia reiectam effe legimus.

§. VI.

(k) Nouiffima condita eft in comitiis Francof. ad Moenum Ao. 1577. quam integram in LVNIGII *Archiuo Imperii* p. gener. p. 412. & Collectionibus Receffuum Imperii, quas habemus, potiora vero eius capita in corporibus Iuris publici Academicis paffim editis videre licet. Sed poft illam quoque fubinde in comitiis de politia in imperio emendanda confultationes inftitutae funt. Vide *Meditationes ad I. P. Caef. Suec.* p. 1268. feqq. & conf. Mantiffa III. ad fpec. VIII. Add. R. I. de 1654 § 195. Ipfe quoque Imperator in *Capitul.* Art. VII. §. 1. ordinationes politicas & olim promulgatas, & adhuc in comitiis condendas, fe intemeratas feruaturum effe, promittit.

§. VI.

DE STATVVM IMPERII CIRCA ILLAM POTESTATE.

Quoniam vero ea eſt imperii Romano Germanici facies, vt ſtatus eius non amplius pro nudis imperatoris mandatariis ſiue magiſtratibus, aut praeſidibus prouinciarum haberi queant, quod Iuris publici portentum iam pridem a ſanioribus eius doctoribus exploſum eſt, ſed in ſuo quisque territorio poteſtatem maieſtati aemulam & analogam, quae vulgari ſuperioritatis territorialis nomine exprimi ſolet, & quidem ſuo iure, non ex alienae voluntatis coniectura exerceant, vti iam a pluribus data opera luculentiſſime fuit oſtenſum (l) ipſisque legibus imperii publicis conſtat (m); haud dubie etiam ſtatibus imperii facultas vindicanda eſt, pro ſui cuiusqne territorii ſtatu politiam adornandi legesque hunc in finem condendi. Neque hanc illorum poteſtatem aduerſari maieſtati imperii, ſed eo magis cum ea conſiſtere poſſe, quo arctiori vinculo particulares in Germania reſpublicae vniuerſae illi & communi ſunt innexae, iam agnouerunt, quotquot tum cae-

(l) Vide, praeter LYNCKERVM, HERTIVM, aliosque de *ſuperioritate territoriali*, praeſtantiſſimos ſcriptores, Viri quondam illuſtris & de terris Brunſuicenſibus praeclare meriti, LVDOLPHI HVGONIS, libellum de *ſtatu regionum Germ.* c. III.

(m) Conf. I. P. O. Art. VIII. & Capitulat. Caeſ. Art. I. § 2. & 8. it. XV. §. 8.

Caesari, quae Caesaris, tum statibus, quae sunt statuum, tribuere rectum & aequum iudicarunt. Tractauit olim hanc quaestionem celeberrimus ICtus, CASPAR ZIEGLERVS, (n) ita mentem suam de principum Germaniae sanctionibus explicans: *Etsi enim superiorem illi agnoscant Caesarem, quem venerantur & obseruant, tali tamen quisque in sua prouincia instructi sunt potestate, vt iussiones illorum revera sint & dicantur leges. Video, dubitare doctores, an dependens sit ea potestas, an minus? sed qui dubitare poterit, cum ipsa tota potestas territorialis, cuius pars est legislatoria, tribuatur ab imperatore? quidquid enim sanciunt, id edicunt, quia sunt Duces, Marchiones Comites. At dignitates has vna cum territorio & territoriali potestate annexa accipiunt in feudum a Caesare. Dependentem igitur hactenus habent legis ferendae potestatem. Sed est ea tamen vicissim tam libera, vt constitutiones ab vnoquoque in suo territorio latae, nec confirmatione opus habeant, nec ab Imperatore rescindi possint; dum tamen de iis rebus sint, quae per recessus imperii nondum sunt determinatae.* Sed multo breuius & concinnius praestabilitam in imperio maiestatis & superioritatis territorialis harmoniam effert acutissimus iuris publici interpres, ILL. MASCOVIVS (o), sic scribens: *superioritas haec quantumuis in territorio vigeat, subordinata est vniuersae reipublicae, cuius indoli & legibus vt ipsa vigorem debet,*

(n) de *Iure Maiest.* Lib. I. c. 5. §. 19.

(o) *Princip. Iur. publ.* L. VI. c. I. §. 9. Conf. DE LVDOLPH. *obseru. forens.* p 1. obs. 33. n. 3.

285

debet, ita fasces suos veluti submittit. Neque hinc aliter illa statuus imperii tum in reliquis, tum in politicis negotiis, stricte sic dictis, vti posse, quam quatenus imperii vtilitati communi haud repugnat, facile adparet (p). Sed ne Imperator quoque statuum potestati politiam in suis territoriis adornandi quidquam detrahere possit, in Capitulatione Caroli VII. (q) cautum, & in nouissima Augustissimi Francisci I. repetitum est.

§. VII.

QVALES LIMITES EI SINT POSITI, EXAMINATVR.

Videtur itaque, vti tota legislatoria potestas, ita speciatim ordinationes politicas condendi facultas, inter imperium & eius proceres ita diuisa esse, vt alia per vniuersum imperium valitura comitiali auctoritate legibusque adeo generalibus, alia contra constitutionibus particularibus statuique cuiusuis territorii peculiari accommodatis definiantur.

(p) Vid. Cel. SCHORCHII Diss. de *Limit. superiorit. territ. secundum leges fund. imp.*

(q) Art. VII. §. 5. *Woneben wir führohin keinerley von unseren Vorfahren zu ertheilen nicht hergebrachte Priuilegia, so derer Churfürsten, Fürsten und Ständen in Dero Territoriis zustehenden Policey-Wesen und gleichfals hergebrachten Gerechtsamen, in einigerley Weg vorgreiffen, noch die etwa bereits ertheilete, erneuren sollen noch wollen.*

tur. Quemadmodum enim iam olim haud incongrue ARISTOTELES (r) iura ex inſtitutione & vtilitate menſuris comparauit, quae non vbique ſunt aequales, ſed ſingulis fere locis variant, cum neque res publica apud omnes ſit eadem: ita quoque territoriorum Germaniae, quoad rationes cuiusque politicas tam diuerſus eſt habitus, vt non omnia poſſint vno modo menſurari, ſed pro diuerſitate circumſtantiarum diuerſas quoque poſcant menſuras. *Omnino* igitur, recte ita iudicante immortalis nominis viro, rerumque germanicarum & totius ſyſtematis imperii gnariſſimo, LVDOLPHO HVGONE (s), *ordinibus imperii concedendum eſt, vt leges generales imperii, ſi neceſſitas hoc ita exigat, quadantenus corrigere, & loci hominumque, quibus praeſunt, conditioni aptare poſſint.* Quousque vero ſeſe extendat haec a iure communi recedendi poteſtas, altioris indaginis quaeſtio eſt, iam dudum a iuris ciuilis & publici doctoribus in vtramque partem diſputata (t). Nos cum modo laudato HVGONE diſtinctione, quae etiam Illuſtri MASCOVIO (u) placuit, ac non minus ad cauſſas politiae, quam iuſtitiae, quadrat, opus eſſe exiſtimamus. *Quae ad publicum imperii ſtatum*, inquit, *ſalutemue communi-*

(r) L. V. Eth. c. 10.

(s) l. c. §. 18.

(t) Vid. THOMASII Diſſ. *de poteſtate legislatoria ſtatuum imp. contra ius commune.* & conf. TITIVS in *ſpec. Iur. publ.* L. I. c. 1. §. 59.

(u) l. c. L. I. c. 1. §. 12.

munem pertinent, ea non ab ordinibus ſingulis, ſed ab imperatore totoque imperio definienda. Si quid autem de his rebus in ditionibus ſuis ordines ſtatuant, legibus imperii conforme eſſe oportet. Et paucis interiectis ſic pergit: *proprie igitur ad poteſtatem ordinum* Νομοθετικὴν *pertinet ſtatum ſingularum regionum, non quatenus ad imperium refertur; ſed in ſe ſpectatum, & ius praeterea priuatum legibus conſtituere.* Quatenus vero in his rebus iuri communi derogare queant, vlterius examinat, variisque adhibitis diſtinctionibus ſolidiſſime decidit. Nobis pro inſtituti noſtri ratione hic adnotaſſe ſufficit, quoad politiam, ſingulis ſtatibus imperii, pro ſui cuiusque territorii ratione, contraria ordinationibus imperii politicis ſtatuere diſertis verbis permiſſum eſſe (*x*).

§. VIII.

ORDINATIONES POLITICAS PRINCIPES IMPERII CONDERE IN SVO QVEMQVE TERRITORIO EXEMPLIS DOCETVR.

Neque facile in toto Romano imperio territorium inuenitur, cuius dominus hac data ſibi per ipſas leges imperii poteſtate non ſit vſus, promulgando ordinationes politi-

(x) Vid. *Reform. polit.* de 1577. Tit. XV. §. 3. & Tit. XX. §. 7. R. I. de 1654 §. 106. & 171.

politicas, rationibus prouinciarum ſuarum aptas, easque edictis & reſcriptis pro re nata modo reſtringendo, modo extendendo. Certe totus fere Tomus tertius Conſtitutionum Electoralium Brunſuicenſium, aliquot ab hinc annis in hac Academia iunctim typis excuſarum, politicus eſt, ſaluberrimasque conſtitutiones continet, bonum in ciuitatibus ordinem, ſecuritatem publicam totiusque politiae emendationem pro ſcopo habentes, ad quem in terris quoque Ducatus Brunſuicenſis obtinendum, nihil facere reliqui Sereniſſimum illarum dominum ac rectorem prudentiſſimum, conſtitutiones ſatis luculenter oſtendunt, ſenſim hanc in rem ab ipſo promulgatae.

§. IX.

PLERVMQVE TAMEN ORDINVM PROVINCIALIVM CONSENSVM AD EAS REQVIRI OSTENDITVR.

An vero & quousque ſtatus Imperii ordinum prouincialium vel conſilium, vel conſenſum requirere teneantur, ad condendas eiusmodi ordinationes, vna regula decidi nequit, ſed ex conditione vniuscuiusque territorii & pactis praecipue inter principem & ſubditos hac de cauſſa initis diiudicandum eſt, cum hic quoque locum habeat illud poetae:

Facies non omnibus vna,
Nec diuerſa tamen, qualem decet eſſe ſororum.

In plerisque Germaniae rebuspublicis, quas vocant, particularibus, vtpote ad imaginem totius imperii comparatis, conſuetudo inualuit, vt ſtatus prouinciales conſentire debeant, vbi de re publica ſtatuendum aliquid venit. Neque aliter ſeruari in terris Brunſuico Luneburgicis, experientia docet. Morem hunc in Germania antiquiſſimum hisce inculcat verbis B. DE LVDEWIG (y): *Eſt hoc homini Germano omnino diſcendum & notandum, quod legislatoria poteſtas, vti in imperio non penes imperatorem ſolum, verum etiam ordines in comitiis, ita in prouinciis quoque principi ſoli non licuit condere leges, niſi in conſeſſu conſenſuque procerum prouincialium, der Landes-Stände, vt adeo prouinciales ciuiles leges nomen ſuſtinerent prouincialium Receſſuum, in vernacula der Lands-Tages Abſchiede.* Qua in re non ſolum MEVIVM (z), ſed etiam BERGERVM (a) & Illuſtrem MOSERVM (b) conſentientes habet, quorum omnium teſtimonia ſollicite collegit callentiſſimus harum rerum

(y) In Reliquiis MSS. T. VII. p. 150

(z) In *Comment. von wucherlich. Contracten.* P. I. C. IV. §. 4.

(a) in *Animaduerſ.* ad COCCEII *Iurisprud. publ.* c. 23. §. 4.

(b) In *Comp. iur publ.* L. IV. c. 21. §. 8.

rerum arbiter, Perilluſtris STRVBIVS (c), in fine tamen ſimul addens, recentioribus temporibus variis in locis ſtatus prouinciales a multis negotiis, ad gubernationem reipublicae adeoque ad politiam etiam ſpectantibus, excluſos eſſe, ſaepiſſimeque leges, ipſis quoque inſalutatis, ferri, vel ſi etiam in conſilium adhibeantur, eorum tamen ſententias pro lubitu principes vel ſequi, vel poſthabere. Multo minus vero hos ciuibus ſibi ſubiectis rationes de eo reddere debere, regulisne prudentiae conueniant ordinationes ſuae, ſufficiantque ad ſcopum optatum conſequendum, necne, idem Vir laudatiſſimus rectiſſime monet (cc); quum commodum vnius alteriusue hominis priuati, cui diſplicet forte iuſſus principis, vtilitati publicae ſemper ſit poſtponendum, ciuibusque, vt bene olim eques Rom. M. Terentius in ſenatu erga Tiberium faſſus eſt (d), nil niſi obſequii gloria relicta, principi contra ſummum rerum iudicium diuinitus datum ſit.

§. X.

(c) *In gründlichen Vnterricht von Regierungs- und Iuſtitz-Sachen* Sect. II. §. 8. n. 6. p. 51. Add. eiusdem Tr. de *ſtatuum prouincial. orig. & praecip. iur.* §. XV. & Conf. reliquos ſcriptores, qui vel de comitiis, vel ordinibus prouincialibus eorumque poteſtate, data opera egerunt.

(cc) l. c. Sect. III. §. 24.

(d) Apud TACITVM L. VI. Annal. c. 8.

188

§. X.

DE CONFLICTV CAVSSARVM POLITIAE ET IVSTITIAE STRICTIM AGITVR.

Sed quemadmodum principes, quoniam, quantumuis ſint vigilantes, omnibus ac ſingulis rebus propter negotiorum quotidie occurrentium multitudinem ac molem immenſam ipſi ſupereſſe nequeunt, alios omnino in curarum ſuarum ſocietatem adſciſcere neceſſe habent, variaque hinc ſucceſſu temporis exorta ſunt collegia, ſibi inuicem ſubordinata, quibus partes ſummae poteſtatis vel in adornanda politia, vel adminiſtranda iurisdictione commiſſas eſſe videmus; ita quidem vnicuique ſui poſiti ſunt limites, quos transgredi non licet, ſed ſaepiſſime tamen inter illa iudicio finium regundorum opus eſt, quum modo collegia iuſtitiae, adminiſtrandae vnice deſtinata, cauſſas politiae ad ſe trahant, modo collegia, cui fiſci & aerarii cura demandata eſt, vulgo Cameram vocamus, falcem in alienam meſſem mittendo, iuſtitiae cauſſas ſibi haud raro vindicent. Quomodo autem tantus conflictus tollendus ſit, hic labor, hoc opus eſt. Praeclare eo functus eſt Vir acutiſſimus, Perilluſtr. STRVBIVS, quippe qui (e) genuinas cauſſarum politicarum & iuridicarum differentias certaque ac indubitata prin-

(e) l. c. Sect. II. §. ſeq. & ſect. IV. §. 25. ſeqq.

principia cognoſcendi atque determinandi, quibus caſibus illae indolem ſuam mutent, harumque naturam induant, ſuppeditauit. Legit eius veſtigia ſupra laudatus SCHREIBERVS, & ſimul, quid vrbibus municipalibus ex principis conſenſu vel expreſſo, vel tacito, aut praeſumto circa politiam ſtatuere liceat, ſollicite diſquiſiuit, rerumque eo pertinentium amplum inſtituit recenſum (f). Sed praetermiſſis reliquis politiae partibus, vnice ad commercia & ſtudia ciuium hic oculos animumque dirigimus, quid circa illa principi iuris ſit, paulo accuratius examinaturi.

(f) Diſſ. cit. Sect. I. §. V. ſqq.

SECTIO II.

DE IVRE PRINCIPVM IMPERII CIRCA REGENDA CIVIVM COMMERCIA.

§. I.

VOCIS COMMERCII ORIGO SIGNIFICATVS ET SYNONYMA EXPONVNTVR.

Commercii nomen generale eſt, comprehendens aeque commercium terreſtre ac nauticum, & denique omnem contractum. Communi autem loquendi vſu commercium eſt, vbi aliquid ſimul cum alio geritur & ſic dicitur, quaſi mercium ſ. rerum emendarum vendendarumque commutatio. Vnde VLPIANVS(g) *Commercium emendi vendendique inuicem ius* dixit. Quam tamen definitionem paulo anguſtiorem eſſe definito, nemo non videt, ſi modo conſideret, commercia non in ſola emtione & venditione conſiſtere, ſed etiam circa permutanda magnam partem verſari. Venit quoque negotiationis nomine, quod

(g) Tit XIX. §. 5.

quod descendit a negotio, & negotiari in commerciis dicitur, qui merces comparat, & non mutatas lucri faciendi caussa iterum vendit; quem significatum etiam habet mercatura, a mercando ita dicta, quod ipsum verbum a merendo aere communiter deriuatur. Vnde promiscuus quoque horum vocabulorum in vita ciuili est vsus; nisi quod negotiatoris nomen, quod etiam interdum multo latius patet atque ad opifices solet extendi, de illis mercatoribus frequentius vsurpetur, qui non minutatim, sed per auersionem in grosso, vt aiunt, merces vendunt.

§. II.

COMMERCIVM DEFINITVR.

Est vero commercium, in sensu latiori sumtum, vt recte definit B. HEINECCIVS (h), nihil aliud, quam communicatio rerum operarumque cum aliis, quae non ex sola humanitate atque beneficentia, sed ex obligatione perfecta proficiscitur. Nihil haec definitio continet, quod non ipsa experientia comprobetur. Quae enim regioni alicui desunt, ea communicata a vicinis aliunde incolae eius accipiunt, ea contra, quae his supersunt, vicissim cum aliis communicantur, & sic nihil, quod ad necessaria vitae subsidia pertinet, vlli deesse potest. Non vero solum

(h) In Diss. *de Iure principum circa commerciorum libertatem tuendam* §. 2.

290

ſolum res, ſed & operas inter ſe communicare debere homines, in aprico verſatur, cum ſane non omnia poſſimus omnes, atque pro monſtro ſit & ex priſco aeuo Hippiae Sophiſtae, & ex recentiori Iulii Caeſaris Bottifangae Vrbe-Vetani, Luſitanae Chriſti militiae militis honorarii, exemplum. Illum enim, tanquam omnium artium ingenuarum peritiſſimum & opificiorum omnium callentiſſimum, ex APVLEIO & HIERONYMO repraeſentat modo laudatus HEINECCIVS (i), hic autem, vt IANVS NICIVS ERYTRAEVS (k) ſcribit, *non ſolum femoralia, thoraces, ſagos, qui eſſent apti atque habiles ad ea corporis membra, quibus parabantur, ſibi ipſe deſcribebat, formabat, ſuebatque; verum etiam veſtes, vnde haec ſibi concinnaret, ſua manu texebat: non ſolum fidibus praeclare canebat, atque ad earum ſonum vocem accommodabat, verum etiam verſibus, quos cantabat, modos faciebat; tum, quod incredibile dictu videatur, vna manu tibiis, altera clauicymbalo docte ſcienterque canebat; praeterea fides, teſtudines, clauicymbala, melius, quam quiuis alius artifex, conficiebat: atque vnum ex his, quod cantus ſuauitate ferebatur imprimis, ſodalitati B. V. Aſſumtae in domo profeſſa ſocietatis Ieſu teſtamento legauit. Ad pingendi vero artem quod attinet, ita eius erat peritus, vt ſe ipſe, ſuam formam in ſpeculo adſpiciens, coloribus ad viuum expreſſerit; acu vero non minus graphice ſciteque*

(i) l. c. (k) In *Pinacotheca* L. II. c. XVII.

que pingebat, *ea praeſertim collaria*, '*quae tunc vſus frequentabat*, *pinnis*, *eleganti opere acu formatis*, *obducta; in quibus elaborandis Arachnen*, *atque adeo Palladem ipſam in contentionem certamenque vocare potuiſſet. Credo equidem*, pergit, *ſi quis eius lateri colum & in ea linum adpoſuiſſet*, *vt ſubtegmen tenue neret*, *pro copia ac ſapientia id eum fuiſſe facturum. Quid multa? adeo virtutibus omnibus abundabat*, *vt vulgo flos virtutum adpellaretur.* Eſt haec ſane rariſſima auis in terris alboque ſimillima coruo. Indiget alter potius alterius auxilio, & manus ſemper manum lauare debet. Quae cum ita ſint, commercia ſine mutua operarum praeſtatione non magis, quam absque rerum communicatione, conſiſtere poſſe, tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Neutram vero ex ſolo humanitatis & beneficentiae limpidiſſimo fonte, prouti quidem nunc cum rebus humanis comparatum eſt, promanare, ſed vtramque ex obligatione perfecta repetendam eſſe, vnusquisque mihi facile concedet, qui cogitauerit, iam dudum elapſa eſſe aurea illa ſecula, quibus paucis fuit contenta natura, & alter alterius indigentiae ſponte ſubuenit, atque nunc aliis prorſus viui moribus, amoremque proximi adeo refrixiſſe, vt, qui in ſolis aliorum humanitatis officiis fiduciam vellet collocare ſuam, rebus plurimis, quibus tamen ad vitae ſuſtentationem opus habet, cariturus foret, niſi ab omni conſortio hominum remotus, & nihil quoque habens, ſed ſatis tamen felicem ſe exiſtimans cum HORATIO ſentiat, ita quidem canente:

Beatus ille, qui procul a negotiis,
Vt prifca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet fuis,
Procul omni foenore.

Itaque nemo non videt, obligandos fuiffe homines interpofitis contractibus & pactis, vt rerum, quibus abundarent, aliis copiam facerent. Vnde ipfa quoque commercia fuam traxiffe originem, fimul adparet.

§. III.

COMMERCIORVM VTILITAS ET NECESSITAS OSTENDITVR.

Quantae autem vtilitates & commoda ex mercaturae & commerciorum flore in rempublicam redundent, dici non poteft. Cum enim non omnis omnia ferat tellus, quia fummus orbis vniuerfi moderator & arbiter diuitias fuas inter mortales ita diftribuit, vt, quas res aliis locis negauit, easdem aliis abunde concefferit: non alia huius diuinae diftributionis ratio effe videtur, quam vt homines, per varios terrarum tractus difperfi, eo arctiori nexu contineantur. Locum hic quoque fibi vindicant, quae VIRGILIVS (l) canit:

Hic

(l) Lib. I. Georg. v. 54 feqq.

Hic ſegetes; illic veniunt felicius vuae:
Arborei foetus alibi, atque iniuſſa vireſcunt
Gramina. Nonne vides, croceos vt Tmolus odores;
India mittit ebur, molles ſua thura Sabaei?
At chalybes nudi ferrum, viroſaque pontus
Caſtorea, Eliadum palmas Epiros equarum?
Continuo has leges aeternaque foedera certis
Impoſuit natura locis.

Et quae alibi habet (m):

Nec vero terrae ferre omnes omnia poſſunt.
Adſpice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoasque domos Arabum pictosque Gelonos,
Diviſae arboribus patriae. Sola India nigru
Fert ebenum, ſolis eſt turea virga Sabaeis,
Quid tibi odorato referam ſudantia ligno
Balſamaque, & baccas ſemper frondentis acanthi?
Quid nemora Aethiopum, molli canentia lana?
Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres?

Non minus belle OVIDIVS (n):

Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa
Conuenit, haec oleis, hac bene farra virent.

Hinc

(m) Lib. II. Georg. v. 109 & 114 ſqq. (n) De *arte amandi* L. I. v. 757. ſqq.

Hinc ſecundum HORATIVM (nn)

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.

Neque ſilentio praeterire poſſumus, quae LIBANIVS ſcribit, cuius verba latine reddita & MARQVARDVS (o), & AHASV. FRITSCHIVS (p), vterque haud dubie ex HVGONIS GROTII (q) largiſſima penu mutuati, ſic exhibent: *Deus non omnia omnibus terrae partibus conceſſit, ſed per regiones dona ſua diſtribuit; quo homines alii aliorum indigentes ope ſocietatem colerent. Itaque mercaturam excitauit, vt, quae vsquam nata ſunt, iis communiter frui omnes poſſent.* Sicut ipſa igitur variarum rerum indigentia homines ad commercia inuitauit, ita, ſola permutatione inter commercantes omnia peracta fuiſſe, conſtat, antequam nummorum vſus inualuerit. Egregie hanc in rem diſſerit PAVLVS ICtus (r): *Origo emendi vendendique a permutationibus coepit; olim enim non ita erat nummus, neque aliud merx, aliud pretium vocabatur, ſed vnusquisque, ſecundum neceſſitatem temporum ac rerum, vtilibus inutilia permutabat, quando plerumque euenit, vt, quod alteri ſupereſt, alteri*

(nn) Lib. I. ep. I. v 45. ſq.

(o) l. c. L. I. cap. 2. n. 17.

(p) In *Gymnaſmate iurid de Regali nundinarum iure ac priuilegiis* cap. III. §. I. n. 4.

(q) De I. B. & P. L. II. c. 2. §. 13. extr.

(r) L. I. ff. de *contrahenda emtione.*

teri deſit. Sed quia non ſemper, nec facile concurrebat, vt cum, quod tu habes, ego deſiderarem; inuicem haberem, quod accipere velles, electa materia eſt, cuius publica ac perpetua aeſtimatio difficultatibus permutationum aequalitate quantitatis ſubueniret: eaque materia forma publica percusſa, vſum dominiumque non tam ex ſubſtantia praebet, quam ex quantitate; nec vltra merx vtrumque, ſed alterum pretium vocatur. Aſt actum agerem profecto, ſi commerciorum vtilitatem, de qua nemo cordatus facile dubitauerit, pluribus vel enarrare verbis, vel corroborare vellem argumentis. Loquatur igitur hic ſolus adhuc CHRYSOSTOMVS, cuius elegantia verba latino idiomate, qui procul dubio etiam ex GROTII (s) adparatu locupletiſſimo profecit, refert ZIEGLERVS (t): *Quomodo autem quis ſatis digne explicet facilitatem ad mutua commercia nobis datam? Ne enim itineris longitudo impedimentum aliorum ad alios commeatibus adferret, breuiorem viam, mare ſcilicet, vbique terrarum diſpoſuit DEVS, vt mundum tanquam vnam domum communiter inhabitantes, crebro aut inuicem viſeremus, & apud ſe nata quisque alteri communicans viciſſim commode acciperet res, apud illum habitantes, ac ſi exiguam tenens terrae partem, ita, tanquam ſi teneret vniuerſam, frueretur eius, quae vbiuis ſunt, bonis. Licet itaque nunc, tanquam*

(s) Qui in notis ad l. c. hunc locum attulit.

(t) De *Iur. Maieſtat.* L. I. c. 41. §. 1.

293

quam in communi menſa conuiuarum vnicuique ea, quae ſibi adpoſita, dare alteri, longius adcumbenti, ac contra, quae apud ipſum ſunt, accipere manu tantum extenta. Hinc re-ctiſſime veriſſimeque iam ARISTOTELES (u) doctrinam de importandis & exportandis, ſ. quod eodem recidit, de commerciis inter praecipua eorum, quae in conſiliis agi-tari debent, referendam eſſe, pronunciauit. Neque ni-mium dixit SENECA (x), dum ait: *Mercator ita vrbibus prod-eſt, vt Medicus aegroto, mango venalibus.*

§. IV.

EORVNDEM ORIGO ET PROGRESSVS STRICTIM ENARRATVR.

Non miramur itaque, inter inuentores & cultores mercaturae, qui paſſim celebrantur ab argumenti huius ſcriptoribus, ipſos gentilium Deos, Iouem & Mercu-rium, primo loco referri. Saltem antiquiſſimum mercatu-rae vſum eſſe, ipſosque reges ac principes illam exercuiſ-ſe, vel Salomonis exemplum oſtendit, quem naues in Indiam ad arceſſendum aurum ophiriticum miſiſſe legi-mus (y). In ipſis quoque ſacris litteris (z) nobiliſſimum popu-

(u) *Rhetor.* L. I. c. 4.

(x) De *Benef.* L. IV. c. 12.

(y) 1. *Reg.* IX. v. 26. ſqq.

(z) IESAIAE XXIII. 8. & EZECH. XXVII. 3. ſqq.

populosissimumque emporium, Tyrus, celebratur, cuius mercatores principes & cuius negotiatores honoratissimi terrae vocantur. Praecipue vero Graeci commerciis inclaruerunt, interque os ceteris iterum palmas praeripuisse videntur Athenienses, qui ab antiquissimis inde temporibus commerciorum florem variis incitamentis, magistratibus peculiaribus, eum in finem constitutis, priuilegiis & immunitatibus augere studuerunt, omniaque fere littora, opportunum portum nauibus suis praebentia, occuparunt. Sic Delus (a), Creta, Rhodus denique, cuius leges maritimae Quiritibus sese tantopere commendarunt, inter praecipua Graeciae emporia referuntur (b). A Graecis ad Romanos peruenit mercaturae studium, tantoque apud ipsos in honore fuit, vt collegio mercatorum seu mercuriali, a Mercurio negotiatore, cui Atheniensium morem secuti Quirites templum exstruxerant, nomen trahenti, equestris etiam ordinis homines sua nomina darent (c). Ad Germaniam quod attinet, vt TACITVS (d) pariter, ac IVLIVS CAESAR (e), testatur, vetustissimis tem-

(a) Vid. CICERO pro *Lege Manilia* c. 18.

(b) Vid. V. C. IAC. HENR. BORN in Diss. sub praesidio Illustr. MASCOVII 1738. Lips. habita, de *Iure stapulae ac nundinis ciuitatis Lips.* §. 2.

(c) Vid. Diss. laudata §. 3. vbi veterum testimoniis haec elegantissime illustrantur.

(d) De *M. G.* c. V.

(e) De *Bello Gall.* Lib. IV. c. I.

294

temporibus nihil fere commercii maioribus nostris fuit cum aliis, si Rhenum accolentes excipias. Ad Sueuos tamen ceterosque, Germaniam magnam inhabitantes, mercatoribus aditus patuit, eo magis consilio, vt, quae bello ceperant, illis venderent, quam vt quidquam aut ab eis emerent (f), aut ad se adportari desiderassent. Franci, vtpote Gallorum, quos Mercurium praecipue coluisse IVLIVS CAESAR (g) memoriae prodidit, morem imitati, tam sub Merouingicae, quam Carolingicae stirpis regibus, quos variis quoque priuilegiis, & immunitatibus animum mercatoribus addidisse constat, commercia magis magisque excoluerunt. Henricus vero cognomine Auceps, Germaniam cum vrbibus ornaret, ornauit quoque omni commerciorum & opificiorum genere (h), a quo tempore demum commercia sensim tanta ceperunt incrementa, vt, summis exterarum quoque regionum principibus auxiliatrices praebentibus manus, ad omnes & dissitissimas etiam terrarum oras sese extenderet eorum vsus, quem imprimis insigne illud & celebratissimum Hanseaticum foedus auxit insigniter atque promouit, de cuius foederis origine, nomine, progressu, potentia & interitu, multi multa narrant (i), quae hic repetere supersedemus.

§. V.

(f) Vid. CAESAR l. c. L. II. c. 15. & L. IV. c. 2.

(g) *De B. G.* L. VI. c. 17. §. 1. seqq.

(h) Vid. GVNDLING in diss. *de Henr. Aucupe* §. 20.

(i) Haec omnia concinna breuitate

§. V.

COMMERCIORVM DIVERSITAS PROPONITVR.

Ad ipſam commerciorum indolem atque naturam ſi paullo accuratius attendimus, ea vel inter ciues eiusdem reipublicae, vel cum aliis gentibus liberis exerceri, inuenimus. Prioris generis commerciis nulla ex gentibus, quae a communi illa rerum communione receſſerunt, atque in ſocietatem ciuilem coaluerunt, carere poteſt, cum tabernaria haec mercatura ea ciuibus ſubminiſtret, quae ad quotidianam vitae neceſſitatem & commoditatem faciunt. Vnde illa quoque Veteres Germanos, quamuis ceteroquin ab omni luxuria & faſtu abſtinuerint, inter ſe, ope ſcilicet permutationes, vſos eſſe, teſtis eſt TACITVS (k). Poſterioris generis commercia, gliſcente demum luxu, inualuerunt & cum exteris populis ad eum fouendum exercentur. Hunc quo-

te, vt pleraque Iuris publici capita, explicat Illuſtr. MASCOVIVS in *princ. iur. publ.* L. IV. c. VII. § 20. Amplio-rem vero Tibi de hac re hiſto-riam exhibebunt, quos ipſe commendat, IOH. ANGELVS WERDENHAGEN, de *rebuspubl. Hanſeat.* & HAGEMEYER de *foedere ciuit. Hanſeat.* Et quamuis CONRINGIVS in diſſ. de *vrbibus German.* §. 95. WERDENHAGENIVM ineptum dicat auctorem; aduerſus ſiniſtrum tamen hoc iudicium eius opuſculum defendit IAC. BRVNNEMANNVS in Diſſ. de *incrementis vrbium Germ.* cap. I. §. 13.

(k) De *Moribus Germanorum* c. V.

295

quoque in finem introductae ſunt nauigationes, quarum beneficio in ampliſſimo illo foro mundi, vt eleganter THEODORETVS dixit, a GROTIO (l) laudatus, comparantur, quae terreſtri itinere conſequi non poſſumus (m). Refert ad ea, quae humana ratio in commune bonum reperit, hoc quoque inuentum EVRIPIDES, itidem a GROTIO (n) adductus, ſupplicibus Theſea loquentem inducens, his verbis:

Et cuique terrae quae ſuum ingenium negat,
Supplere ratium pelagiis diſcurſibus.

Et iudice SENECA (o), *Summum illud eſt naturae beneficium, quod & vento gentes locis diſſipatas miſcuit & ſua omnia in regiones ita deſcripſit, vt neceſſarium mortalibus eſſet inter ipſos commercium.* Eſt vero & haec mercaturae ſpecies, quae multa multis impertit & emporetica dici ſolet, pro praeſenti rerum noſtrarum ſtatu tam neceſſaria, vt nullo modo ea carere poſſimus.

§. VI.

(l) De I. B. & P. L. II. c. 2. §. 13. n. 5. in not.

(m) Quid commercia gentium in vniuerſum nauigationi debeant, nuper accurate docuit AVCTOR *de l'Hiſtoire generale de la Marine contenant ſon origine, chez tous les peuples du monde, ſes progrès, ſon etat actuel, & les expeditions maritimes anciennes & modernes.*

(n) l. c. §. 13. in fine.

(o) *Nat. quaeſt.* L. V. c. 18.

§. VI.

DE SVMMAE IN REP. POTESTATIS CVRA CIRCA COMMERCIA.

Cum igitur commercia tam ſalutaria ſint tamque vtilia reip., vt haud ſine ratione, duobus maxime conſtare ſocietatem ciuilem, commercio & imperio, dixerit LIPSIVS (p); facile eſt ad intelligendum, cur princeps vel ſumma in republica poteſtas, cui ſalus ſibi ſubiectorum curae cordique eſt, id curare, atque in id ſummo ſtudio incumbere debeat, vt omnis generis floreant in terris ſuis commercia. Salus enim publica ſuprema lex eſt, ad quam principes omnia ſua facta, pacta, leges & ſanctiones, tanquam ad normam, falli neſcientem, dirigere ac examinare oportet. Mirifice vero commerciis augeri florem reipubl. & ſalutem ciuium, iam ex antea dictis patet, neque hinc ea immerito quis omnium diuitiarum promtuarium dixerit. Sic igitur prin-

(p) Ciu. doctr. L. II. c. 1. Conf. CONRINGIVS in Diſſ. de *Re nummaria in rep. quauis recte conſtituenda* §. 1. & in Diſſ. de *importand & exportand.* Add. L. B. DE SCHROEDERN *in der Fürſtl. Schatz- und Rent-Cammer*, c. XXII. §. 3. vbi mercatores manus pedesque reipubl. vocat, & PAVLVS IAC. MARPERGER *in dem neu-eröffneten Handels-Gericht* c. III. florem commerciorum fortiſſimam adpellans columnam, cui innitur ſtructura ciuitatis.

principis eſt ſtatuere, quinam potiſſimum in ciuitate mercaturam exercere debeant, nimiam negotiantium multitudinem reipublicae ſaepe maxime damnoſam coercere, iuſtumque mercatorum numerum definire; ſi pauciores hoc vitae genus eligant, quam vtilitas publica poſtulat, priuilegiis praemiisque homines ad excolenda commercia inuitare; arcere a mercatura, qui legibus poſthabitis fumum vendunt, & doli ac fraudis rei inueniuntur; contra fouere probos viros, ac diligere, qui plena & incorrupta fide negotiantur. Quodſi enim nemo, vel pauci tantummodo, mercaturae operam darent, quantum incommodi ex mercium caritate inde haud dubie oriunda, in rem publicam redundaturum eſſet; quandoquidem iam dudum prudentiae ciuilis Doctores obſeruarunt, non magis polypolium, quod ex nimia multitudine, quam monopolium, quod ex nimia paucitate mercatorum oritur, publice prodeſſe, ſed vtrumque peſtiferum eſſe ac perniciofum (q). Quae omnia ſi rite a principe definiantur, non poſſunt non commercia vtilia eſſe reipublicae, ſin vero negligantur, ſumma inde orietur in republica confuſio, ex qua deinde tam cito pedem referre non licebit. Etenim ſi omnes indiſtincte ciues ad mercaturam animum adpellerent, quis rempublicam regeret? quis docendi munere fungeretur? quis ſectaretur militiam? Neque omnes mercaturae ſpecies rei-

(q) Conf. HERTIVS in *Elementis polit.* P. II. Sect. XI.

reipublicae ſunt proficuae, ſed nonnullae cum incredibili eiusdem detrimento coniunctae. Quare boni principis eſt, quaenam mercimonii genera expediant adeoque permittenda ſint, & quae contra noceant & hinc prohiberi debeant, proſpicere, totique adeo commercantium negotiationi certum modum praeſcribere (r). Neque ſero medicina malis inde metuendis paranda, ſed principiis obſtandum eſt, cum, recte obſeruante ZIEGLERO (s), *tam ingenioſe & ſubtiliter plerumque detur ab negotiatoribus damnum, vt non prius ſentiatur in republica, quam vbi in immenſum iſtud excreuerit & iam deſperata ſint remedia.*

§. VII.

COMMERCIORVM LIBERTAS QVATENVS RESTRINGI POSSIT TRADITVR.

Ex his omnibus facile decidi poterit quaeſtio, an & quousque commercia libera eſſe oporteat. Propugnarunt pro earum libertate pleniſſima, praeter SIGISM. SCACCIAM (t) aliosque plures, GROTIVS (u), ex eo potiſſimum

(r) Egregie hunc locum, cuius tantopere intereſt reipublicae, tractauit B. HEINECCIVS in Diſſ. de *Nauibus ob mercium illicitarum vecturam commiſſis.*

(s) De *Iure Maieſt.* L. I. c. 41. § 8.

(t) De *Commerc.* §. 1. quaeſt. I. n. 47.

(u) De *mari libero* c. I. & de I. B. & P. Lib. II. c. 11. §. 13.

mum capite, quod debeat id omne liberum esse, sine quo genus humanum consistere non possit. Ita enim disserit (x): *Deus hoc ipse per naturam loquitur, cum ea cuncta, quibus vita indiget, omnibus locis suppeditari a natura non vult: artibus etiam aliis alias gentes vult excellere. Quo ista? Nisi quod voluit mutua egestate & copia humanas foueri amicitias, ne singuli, se putantes sibi ipsis sufficere, hoc ipso redderentur insociabiles? Nunc factum est, vt gens altera alterius suppleret inopiam diuinae iustitiae instituto, vt eo modo, sicut* PLINIVS (y) *dicit, quod genitum esset vspiam, apud omnes natum videretur.* Interspersis deinde poetarum flosculis, quos iam supra in medium attulimus, sic concludit: *Hoc igitur qui tollunt, illam laudatissimam tollunt humani generis societatem: tollunt mutuas benefaciendi occasiones, naturam denique ipsam violant.* Quam GROTII sententiam, ipsis eius verbis relatam, etsi verissimam dicat HEINECCIVS, si de commerciis generatim quaestio sit; pacto tamen, vel lege illam a singulis gentibus earumque rectoribus coerceri posse, idem post ZIEGLERVM (z) recte contendit (zz).

§. VIII.

(x) De *Mari libero* l. c.

(y) *Paneg.* c. 29.

(z) l. c. §. 23. seqq.

(zz) In Diss. de *iure princ. circa commerc. libert. tuend.* §. VII.

§. VIII.

MAIOR PACIS QVAM BELLI TEMPORE COMMERCIORVM SOLET ESSE LIBERTAS.

Liberiora tempore pacis commercia esse, quam belli, ipsa rei indoles ac natura innuit. Vbi enim omnia pacata sunt atque quieta, & nobis ad exteros, & his ad nostros lares tutus est accessus. Armis contra & hostili impetu deuastari ciuitates, vbique ruinas accendi securitatemque maximopere turbari, personis captiuitatem, mercibus confiscationem imminere, tristis satis & quotidiana docet experientia. Non potest itaque non pax, illud coeleste bonum, florem commerciis, & cum illis reipublicae omnium rerum adfluentiam praestare. Alget vero commercium feruescente bello, cuius mala ita descripsit CICERO pro *Lege Manilia: Nam cum hostium copiae non longe absunt, relinquuntur pecora, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit.* Quid? quod, in ipsis belli indictionibus, omne ciuibus commercium cum hostibus simul interdici solere, non solum praeteritorum temporum exempla, quae inter alios vir immortalis nominis, CORNELIVS VAN BYNKERSHOECK (a) congessit, sed recentissima etiam,

(a) *Quaest. Iur. publ.* L. I. c. 3.

298

etiam, quae noſtris oculis adhuc obuerſantur, ſatis abunde probant. Quamuis etiam interdum, ſi bellum ingruat, ſolemnes nihilominus pro tuenda commerciorum libertate pactiones ineantur, vti ex laudato BYNKERSHOECKIO HEINECCIVS (b) adnotauit; excipiuntur tamen ſemper ſaltem eiusmodi merces, quae ad hoſtem inſtructiorem potentioremque reddendum pertinent. Referuntur vero huc, ex variis gentium conuentionibus, omnis generis arma, tormenta, bombardae, mortaria eorumque ſuſtentacula, nitrum, plumbum, ferrum item & puluis nitratus, globi, haſtae, galeae, equi, ocreae, ephippia & alia inſtrumenta bellica, nec non triticum, hordeum, auena, ſal, vinum & oleum, immo & herba Nicotiana vinumque aduſtum, & quidquid ad alendum ſuſtentandumue hoſtem facere poteſt. An praeterea etiam vaginae armorum prohibitione ſint comprehenſae, de quo aliquando dubitatum eſſe refert REINOLDVS KVRIKE (c), quaeſtio nobis Domitiana videtur, facileque adeo negotio decidenda.

§. IX.

(b) l. c. §. 12.

(c) *Iur. marit. Hanſ in annex. quaeſt.* Quaeſt. 18. p. 75.

§. IX.

DE FOEDERIBVS COMMERCIORVM IN TRANSCVRSV QVAEDAM MONENTVR.

Solet vero etiam cum gentibus amicis & pacificis negotiandi & commercandi libertas per foedera modo restringi, modo extendi & ampliari, quorum & necessitatem ex diffidentia populorum erga se inuicem atque mutuis officiis, quibus commercia indigent, egregie deducit, & naturam indolemque luculenter ostendit, & varias distinctasque species recenset, ac singulas exemplis tum ex antiqua, tum ex recentiore historia petitis, praeclare illustrat Ill. MASCOVIVS (d). Quum enim mutuum requirant auxilium commercia, populi vero non semper naturalem aequitatem agnoscant, arctioribus pactorum foederumque vinculis constringendi sunt. Habent autem haec vel speciem iustae societatis, qualem Hanseaticas ciuitates olim, quae pacto offensiuo & defensiuo & mutua sibi auxilia & lucrum commune inuicem spoponderant, iniisse nouimus, vel a principibus promouendi vnice inter suos ciues commercii caussa panguntur. Sunt alia, quibus commerciorum libertas adseritur, alia, quibus coercetur. Prioris generis exemplum in foedere habes, inter Fridericum

(d) In Diss. de *foederibus commerciorum* §. VI. seqq.

ricum III. Daniae & Ludouicum XIV. Galliae regem ſancito, quo cautum fuit, vt tam pace, quam bello, regni vtriusque incolis tuto commeare & commercia exercere liceret. Patet hoc ex Art. II. quem modo laudatus MASCOVIVS exhibet (e), huius quidem tenoris: *Subditi & incolae vtriusque coronae, tam exteri, quam indigenae, ex vno regno in aliud libere commeent, & facultatem habeant tam pace, quam bello, absque vllo impedimento alterius regna, prouincias, emporia, portus, & flumina libere adeundi, ibidemque commorandi & commercia ſua exercendi, dummodo vectigalia conſueta ſoluant, ſaluis tamen iuribus & priuilegiis vniuscuiusque loci*, & ex Art. III. *Nauium vtriusque coronae ingredientium portus alterutrius gratus ſit aduentus, aeque benigne habeantur, liceatque illis merces ſuas ibidem venales exponere, alias coemere & pro lubitu commercari, ſaluis tamen legibus cuiusque loci.* Poſterioris generis exempla tam priſci, quam recentioris aeui, commemorat HEINECCIVS (f), quibus vel certus (g) commercantibus locus, vel certum iter nauigantibus praeſcribitur, vel prohibetur, ne merces ab exteris vel importentur, vel exportentur. Quae inter M. Britanniae & Hiſpaniarum reges commerciorum cauſſa & ſuperiori, & hoc ſeculo iteratis vicibus acta & concluſa, & quibus limitibus negotiatio

(e) l. c. §. 8.

(f) l. c. §. 14.

(g) Conf. L. 4. C. *de commerc. & merc.*

tiatio in Indias occidentales circumſcripta fuerit, actorum publicorum collectiones paſſim docent (h). Sed ſicuti ab eorum recenſione hic eo magis abſtinemus, quo minus aliarum liberarum gentium commercia terra marique perveſtigare animus eſt; ita iam ſine vlterioribus ambagibus ad Germaniam propius accedimus, quid domi noſtrae recti prauique geratur, luſtraturi principumque imperii potiſſimum in ſuo cuiusque territorio circa commercia tum poteſtatem, tum prouidam & prudentem curam, expenſuri.

§. X.

CVRA COMMMERCIORVM IN IMPERIO R. G. SAEPE QVIDEM OCCVPAVIT COMITIA SED STATIBVS TAMEN IN SVO CVIQVE TERRITORIO POTISSIMVM RELICTA EST.

Iam vero in ſectione praecedente oſtenſum fuit, quamuis in ipſis imperii comitiis de politia eiusque emenda-

(h) Totam rei ſeriem enarrat ſcriptoresque eo pertinentes recenſet Ill. MOSER *in der Nachleſe ungedruckter Staats-Bedencken, uhrkundlicher Nachrichten und Schrifften*, 1743. edi coeptis, P. I. N. 4. ſub Rubr. *Actenmäſſige Nachrichten von denen Handelungs-Differentiis, welche den ietzigen Krieg zwiſchen denen Cronen Groß-Britannien und Spanien veranlaſſet haben.*

datione ſaepe actum ſit(i); curam tamen illam corrigendi adornandique tandem ſtatibus in ſuo cuique territorio relictam eſſe, ſcimus. Ita ſaepius quoque de reſtituendis iuuandisque commerciis in vniuerſum conſultatum & circa a. MDCLXVII. tredecim capita huc ſpectantia ad deliberationem propoſita fuerunt, quae, quoniam pleraque, ad florem commerciorum promouendum facientia, continent, hic ſubiungere operae pretium fuerit (k). Varia hunc in finem publicis

(i) Conf. AVCTOR *Meditat. ad I. P. Caeſareo-Suec.* Spec. VIII. p. 1268. ſeqq. ibique Mantiſſa III. *Hiſtoriſcher Bericht, was auf noch fürwährenden Reichs-Tag mit Verbeſſerung der Policey-Ordnung vorgegangen.* a. 1666.

(k) Hoc vero ordine recenſentur in dicta Mantiſſa p. 1374.

1) Würckliche Obſeruantz und Vollenziehung des in puncto der neuerlichen eigenmächtig eingeführten Zölle, Impoſten und onerum, allbereits ergangenen Reichs-Concluſi und darüber ausgefertigter Kayſerl. Edicten.

2) Remedirung der von denen Zoll-Beamten gebrauchender Vortheiligkeit, Eigennütz und hinderl. Verzögerung.

3) Einſtellung weitläufftiger Proceſſen in Wechſel- und andern Mercanzie-Sachen.

4) Abſchaffung beſchwerl. wider die Reichs-Conſtitutiones lauffenden monopoliſcher Handlungen.

5) Abſtellung ungewöhnl. neuer Impoſten, auf den Meſſen und Iahrmärckten.

6) Verſchaffende Sicherheit wegen derienigen Commercien, ſo in und auſſerhalb des Reichs geführet würden, bey ausländiſchen Potentaten und Republiquen obſchwebenden Kriegen.

7) Erneuerung der allbereits in der Policey-Ordnung an. 1577. wegen Verkauffung der wollenen Tücher, auch Verführung der Wolle, und dann der freſſenden Farben enthaltener Satzung.

8) Von

cis imperii legibus conſtituta (l) & nouiſſima quoque Auguſtiſſimi Imperatoris Franciſci I. capitulatione (m) partim repetita, partim aucta ſunt. His omnibus tamen ſtatuum imperii ſuperioritati territoriali nihil derogatur, quin potius illis integrum eſt varia, commerciorum cauſſa, vi poteſtatis, qua pollent, legislatoriae, diſponere, quae iam ſigillatim perſequemur.

§. IX.

DE PERSONIS MERCATVRAM EXERCENTIBVS TVM CHRISTIANIS TVM IVDAEIS ET HAERETICIS.

Quod igitur primum ad ipſas perſonas attinet, mercaturam exercentes, poſſunt ciuium ſuorum aliis negotiandi libertatem concedere, aliis vero eandem in ſuis prouinciis denegare, mercatorumque adeo & negotiatorum ſocie-

8) *Von Moderirung des Pretii der Waaren.*

9) *Von Schiff- und Fuhrleuten, auch Verfälſchung der Weine.*

10) *Von verdorbenen Kaufleuten.*

11) *Von Verbeſſerung der Wege und Steige, auch Vnſicherheit der Straſſen.*

12) *Von Zehrung in den Wirthshäuſern.*

13) *Von Mißbrauch der Stapeln &c.*

(l) Vid. *Inſtrum. Pac. Osnabrug.* art. IX. & *Pacis Monaſter.* art. X.

(m) Art. VII. & VIII.

ſocietatem ex rationibus iam ſupra §. VI. allatis ad certum numerum redigere, pro re nata modo augendum, modo minuendum, *ne*, vt recte monet ZIEGLERVS (n), *dum plures ſunt, vnius artis profeſſores, quam ferre poſſit ciuitas, plerique omnes ſtrenue eſuriant.* Nobiles, Clericos, milites, mercatores eſſe non poſſe, niſi priuilegia, ſibi alias competentia, velint amittere, prodigos lege a mercatura arceri, alias quoque perſonas, inter quas tamen feminas minime referas (o), natura impediri, quo minus illi operam dare queant, non eſt, quod multis hic verbis demonſtremus. Apud omnes enim, qui vel de commerciis, vel de priuilegiis mercatorum, deſtinata ſcripſerunt opera, haec ſunt in confeſſo. Altioris indaginis quaeſtio eſt, an & quousque conſultum ſit exteris quoque ſimul cum libertate commercandi ius ciuitatis dare. Non adeo parca manu illud concedendum eſſe, quin potius, ſi vrbes, quae multitudine hominum, laboribus commerciisque ſuis quaeſtum honeſtum facientium (p), maxima incrementa ca-

(n) De *Iur. Mai.* L. I. c. 41. § 40.

(o) Vid. REBHAN in Diſſ. de *femina, quae proprie mercatrix dicatur*, & Cel. MANZELII Diſſ. de *femina mercatrice.*

(p) Sanum eſt iudicium VITI LVD. A SECKENDORFF *im Chriſtenſtaat* L. II. c. 13. §. 1. *Die Vorſorge Gottesfürchtiger Regenten beſteht darinn, daß die Unterthanen bey ihrer Nahrung und Gewerbe das Auskommen und alle mögliche Beförderung haben, und ihre Anzahl ſich eher mehre, als vermindere, weil auf der Menge wohlgenährter Leute der gröſte Schatz des Landes beſteht.*

capiunt, augeri & commercia, ſicubi praeſertim collapſa ſunt, reſtitui feliciter ac refloreſcere debeant, peregrinos quoque mercatores, artifices, opificesque variis immunitatibus alliciendos & lautis priuilegiis inuitandos eſſe, iam agnouerunt omnes, qui de ciuitatum ſalute ſolliciti fuerunt (q). Nec difficiles eſſe debere principes imperii ad hunc finem obtinendum in recipiendis tolerandisque hominibus cuicunque ſectae addictis, neque in concedenda conſcientiae libertate flori commerciorum tam proficua ad tres illas religiones, in S. R. I. toleratas, adſtringi, iidem contendunt (r). Neque vero hanc tolerantiam legibus imperii aduerſari, ſi modo publicum eiusmodi haeretici religionis exercitium non affectent, neque alias remp. turbent, nullumque pactum cum ſubditis obſtet (s), poſt Perill. BOEHMERVM (t) nuper V. C. IOH. CHRISTOPH. BALSER

(q) Conf. omnino IAC. BRVNNEMANNVS in Diſſ. de *incrementis vrbium Germ.* cap. II. §. 30.

(r) Vid. laudata Diſſ. l. c. §. 31. vbi inter alios ad auctorem *der Fürſtl. Macht-Kunſt* prouocatur, hac de re ita differentem: *Die Freyheit iſt eins der fürnehmſten Mitteln die Commercia zu fundiren: Freyheit im Acceſs, im Bleiben, im Abziehen: Freyheit in der Religion vor Iuden, Türcken, Heyden, Quäcker, Mennoniſten und allerley Secten, wenn ſie nur die einheimiſchen in ihrer National-Religion nicht ärgern, noch turbiren.*

(s) Vid. eadem c. III. §. 16.

(t) In Diſſ. de *Tolerantiae religioſae effectibus ciuil.* cap. II. §. 6.

302

SER (u) ostendit, Perill. SENKENBERGII (x) sententiae adstipulatus, suamque inprimis statibus imperii competente iure reformandi tuitus. Certe Iudaeos recipiendi tolerandique potestatem nemo ipsis hodie denegat (y). Pendet autem ab eorum arbitrio, an recipere eosdem & quousque illis negotiandi licentiam permittere velint (z). Videmus, illos mox ex aliis prouinciis exulare, mox in aliis tolerari. In terris Brunsuicensibus varia fuerunt Iudaeorum fata, quae hic repetere (a) nolumus, id tantum adno-

(u) In Disquis. de *Libertate relig.* c. II. §. 38. sq.

(x) In Diss. de *forma system. Germ.* c. II. S. 1. §. 9.

(y) Conferri hic prae ceteris merentur WILDVOGEL in diss. de *Iudaeorum recept. ac tolerantia*, & Celeberr. BOEHMERVS in Diss. de *Cauta Iudaeor. tolerantia.*

(z) Vid. ZIEGLER de *Iur. Maiest.* L. I. c. 41. § 34 sq.

(a) Conf. Clariss. IVNGII commentatio, de *Iure recipiendi Iudaeos*, sub Illustris & huius diss. praesidis praesidio publice defensa, C. IV. sqq. Rebus iudicatis, quae ibidem in Appendice sub N. II. sq. adducuntur, iam colophonia sententia est addenda, die X. Octobr. 1744. de summo prouocationum Tribunali Electorali Cellensi pronunciata, qua lis, per multos annos inter Commissarium fisci & nobiles titulo iudicior. clausorum, vulgo *der geschlossenen s. beschlossen Adel-Gerichte*, in principatu Gottingensi, insignes agitata, sic tandem finita est, vt, reiecta praescriptionis immemorialis probatione, ad quam se in prima instantia obtulerant, confirmatoque adeo mandato sine clausula, quod d. 21. Octobr. 1737. e Cancellaria Iustit. Hannou. emanauit, iam nemini eorum amplius liceat vllum Iudaeum, qui regium indultum haud impetrauit, in praediis suis tolerare.

adnotaſſe contenti, nulli Iudaeo, neque in terris Electoralibus, neque in ducatu Guelpherbytano, ſine ſpeciali principis territorialis conceſſione, commorari negotiariue licere. Quibus vero limitibus etiam eorum, qui litteris liberi commeatus muniti ſunt, negotiatio circumſcripta ſit, docent conſtitutiones an. MDCCXXIII. & MDCCXXXIII. promulgatae (b).

§. XII.

DE PRIVILEGIIS MERCATORVM.

A perſonis mercatorum, quo nomine etiam bibliopolas certo reſpectu comprehendimus, ordo nos ducit ad eorum priuilegia, quae poſt MARQVARDVM aliosque iuris mercatorum ſcriptores, BARTHOLOM. SCHWENDENDOERFFERVS ſigillatim enumerauit (c). Eminent inter illa 1.) facultas proprium collegium (d), ſeu ſocietatem, quae

(b) Tom. III. Conſt. prouinc. inſertae N. CLXIII. & CLXX.

(c) In tract. Iurid. de *priuilegiis mercatorum.*

(d) Diuerſum ab hoc eſt Collegium mercatorium, *Commercien Rath*, itemque Collegium opificiarium, *Manufactur-Amt*, cuius vtriusque fundationem cuiuis principi, florem commerciorum & opificiorum in terris ſuis promouere cupienti, ſuadent harum rerum periti Vid L. B. DE SCHROEDERN *in der Fürſtl. Schatz- und Rent-Cammer* c. XV. §. 2 AVCTOR *der Fürſtl. Macht-Kunſt* p 931. Add BRVNNEMANN, Diſſ. cit. c. II. § 28.

quae Gildoniae nomine venire solet (e), instituendi iisque, qui in illud non cooptati sunt, negotiationem vel in totum, vel in tantum, interdicendi (f), syndicum eligendi, arcam communem bursamque habendi, & ex matricula, quis ex eorum numero sit, probandi. 2.) Saluus conductus, qui illis, publica pace olim sancita, ad nundinas euntibus, vel redeuntibus concedi solebat, hodieque, diffidationibus licet dudum sublatis, concedi rogantibus solet (g). Quod vel exemplo mercatorum Norimbergensium constat, qui ad nundinas Lipsienses, per omnia territoria, per quae iter faciunt, ita conducuntur. 3.) Securitas, vi cuius, quamdiu solemnes nundinae, de quibus infra pluribus agemus, durant, propter aes alienum, neque arresto ipsi detineri, neque merces eorum sequestrari (h) queunt, nisi aliae grauiores caussae (i), inter quas inprimis dolus & fraus

(e) Huius nominis originem erudite ostendit Cel. IOH. HEVMANN, in Diss. de *Sacramento Gildoniae*, §. VII. seqq.

(f) Vid. BERLICH. Decis. 150. n 32. sq. MEV. P. I. D. 508.

(g) Vid. TENZEL in Diss. de *Iure mercat. sing.* §. 7. & Conf. WILDVOGELII Diss. de *conductor. mercat.*

(h) Conf. l. un. C. de *nund. & mercat.*

(i) Varias hinc exceptiones ex SCHWENDENDOERFFERI & TENZELII laudatis Diss. adduxit Celeberr. ENGAVIVS, *Elem. Iur. Germ.* L. I. Tit. 8. §. 202. Conf. HENR. ZIPFFEL in Diss. de *Tesseris collybisticis* Sect. VII. §. 19. vbi priuilegia Imperatorum, huc pertinentia, adferuntur.

fraus hoc beneficium nundinale tollunt, aliud suadeant. 4.) Praesumtio integrae fidei, quae tanta plerumque esse solet, vt eorum codici primario, *das* Mastro, *Haupt-Buch*, in rebus ad mercaturam spectantibus, semiplena probatio, quae locum faciat iuramento suppletorio, tribuatur, dummodo nulla falsitatis suspicione laboret, sed accurate sit conscriptus (k). Sicuti tamen haec iura neque propolae, neque decoctores, neque Iudaei, si contra Christianum agant, neque alii, quibus nulla mercaturam faciendi data est potestas, sibi arrogare possunt; ita rationes satis praegnantes, partim ab ipsa negligentia eorum, quibus cura libri mercatorii commissa est, partim a fraudibus famulitii, cui ad fictum saepe heri, vel herae mandatum merces porriguntur, indeque metuendis periuriis petitae, dudum mouerunt Augustissimum legislatorem Brunsuicensem, vt peculiari constitutione (l) semiplenae probationis vim eiusmodi libris, nisi negotium inter ipsos mercatores gestum fuerit, prorsus adimeret. Denique 5) praeter locum, quem inter honoratiores proximum a litteratis, quos gradus academicus ornat, & saepe inter vrbis senatores inueni-

(k) Praeter KLEINIVM, de *probat. quae fit per libros mercatorum* & ROESNERVM, de *libris mercatorum*, consulendi hic sunt BODINVS de *libris mercator. suspectis*, & HEINECCIVS de *mercator. qui foro cesserunt, rationibus & codicibus.*

(l) Est illa promulgata a. 1720. & reperitur T. II. *Const. prou.* C. II. N. LXXV. pag. 639.

ueniunt, gaudent etiam foro priuilegiato, de quo infra pluribus dicendi nobis commodior erit locus.

§. XIII.

PEREGRINIS MERCATORIBVS IN PRAEIVDICIVM DOMESTICORVM MERCES SVAS VENVM EXPONERE NON SEMPER LICET.

Mercatoribus peregrinis quousque aditum ad territorium suum patere, quosue limites eorum commercio cum ciuibus suis poni oporteat, libero prudentique quilibet princeps iudicio aestimabit. Imprimis aequitatis ratio exigit, vt nemini peregrinorum nundinatorum, siue Italorum, siue Iudaeorum, siue alio quocunque nomine veniant, nisi tempore nundinarum, de quibus mox pluribus agemus, venales merces in foro exponere, vel ostiatim circumferre liceat, quoniam hoc non potest non in detrimentum domesticorum mercatorum vergere, quibus tamen onera reipublicae incumbunt. Plures hanc ob caussam constitutiones in terris Electoralibus Brunsuicensibus promulgatae sunt, quarum vel summa capita hic locum sibi vindicant (m). Priuilegium autem, quod iam olim

D. IV-

(m) Occurrunt vero in Tomo III. *Constit. elect. Brunsu.* c. IV. Sect. 10. N. CXXXIV.

D. IVLIVS HENRICVS, Dux Brunſu. ac Luneb. ciuitatibus ſuis in vim retorſionis aduerſus exteras, ciues Brunſuicenſes a nundinis ſuis excludere auſas, conceſſit, in Receſſu Salzthalumenſi de a. MDXCVII. Artic. XLV continetur. Neque praetereunda hic ſunt D. AVGVSTI, RVD. AVGVSTI & ANT. VLRICI Edicta, contra circitores

N. CXXXIV. Edictum, *daß niemanden erlaubt ſeyn ſolle, auſſerhalb Jahr-Marckts in den Städten mit Crahm-Waaren, und auf dem Lande mit Tuch oder Stoffen hauſiren zu gehen; Wovon iedoch die reformirte Frantzöſiſche Colonie zu Hameln, ratione der allda fabricirten Waaren eximiret wird, vom 31. Octobr. 1701.*

N. CXXXVI. *Ausſchreiben Königl. Regierung, daß denen Tablett-Crähmern nicht verſtattet werden ſolle zwiſchen den Jahrmärckten mit ihren Waaren hauſiren zu gehen; ingleichen daß die Siebe-Crähmer keine Strümpffe, Meſſer, noch andere dergleichen Waaren verkauffen ſollen, vom 23. Mart. 1711.*

N. CXXXVII. *Ausſchreiben der Königl. Regierung, daß niemanden verſtattet werden ſolle, ohne Vorzeigung einer Special Conceſſion von der geheimbten Rath-Stube mit Crahm-Waaren hauſiren zu gehen, vom 6. Febr. 1719.*

N. CXXXVIII. *Ausſchreiben der Königl. Regierung, wegen des verbothenen Hauſirengehens mit Toback, vom 19. Octobr. 1719.*

N. CXXXIX. *Patent wegen des verbothenen Hauſirengehens mit Crahm-Waaren auſſer denen öffentlichen Jahrmärckten, vom 2. April 1721.*

N. CXL. *Edict gegen das Hauſirengehen mit Crahm-Eiſen- und andern Waaren, auſſer denen öffentlichen Jahrmärckten, vom 27. Jun. 1724.*

N. CXLV. *Patent der Königl. Regierung, daß keinem ein- oder ausländiſchen Juden verſtattet werden ſolle auſſerhalb denen Jahrmärckten mit Waaren hauſiren zu gehen; wobey die dießfalß vorhin ertheilte Special-Conceſſiones aufgehoben werden, vom 18. Apr. 1734.*

res & clancularios mercatores an. MDCLIII. MDCXCI. & MDCCIV. publicata.

§. XIV.

DE EXPORTATIONE ET IMPORTATIONE MERCIVM LICITA ET ILLICITA.

Ita quoque, ſi iam ad ipſas merces, quibus emendis vendendisque occupatur mercatura, reſpiciamus, illas non omnes vtiles eſſe ciuibus, ſed ſaepius valde noxias, deprehendimus. Procul dubio itaque a prudentis principis, cuius eſt proſpicere, quid publice expediat noceatue, arbitrio pendet, quasnam vel exportare ex prouinciis ſuis, vel importare in illas licitum eſſe velit. Non minus egregium ac ſalutare eſt conſilium Illuſtr. MASCOVII (n), perſpicaci ac prouido conſultore digniſſimum. *Id maxime ſectandum*, inquit, *in commerciis*, *vt rebus domi natis pretium concilient*, *induſtriam ciuium exerceant*, *vtque ex illis*, *quae vendimus*, *maius lucrum redigamus*, *quam impendium fuerit*, *quo aliena comparamus.* Nihil autem benefica natura negauit Germaniae, quo ciues opus habeant ad bene beateque viuendum, ſi modo recte dotibus ſuis vti velint. Veriſſima ſunt, quae laruatus MONZAMBANO de patria Germanorum communi ſcribit: *In tam vaſta regione*, *ſi Al-*

(n) In Diſſ. de *Foederibus Commerc.* §. IV.

Alpium iuga excipias, pauca ſunt loca, quae nihil producant ad vitae humanae cultum faciens, is porro rerum ad vitam neceſſariarum prouentus, vt eadem extraneorum rebus haud quidquam indigeat, niſi ad luxum & ſuperfluas voluptates. Quemadmodum igitur haud dubie princeps bene conſulit reipublicae, qui operis mechanicis & manuariis artibus fauet, officinas ad varii generis merces, ex iis praeſertim prouentibus, quos ipſa regionis cuiusque indoles fabricatoribus ſuppeditat, fabricandas, condit, in iisque ingenium ac induſtriam ciuium ſuorum exercet atque imprimis lanificium & pannificium fouet (o); ita prudentiae omnino regulae ſuadent (p), vt cum exportatio rudis materiae domeſticae, qua indigent ipſi opifices ad opificia ſua, vel plane prohibeatur, vel ſaltem iuſtis circumſcribatur limitibus (q), tum caueatur, ne illae merces, quae

(o) Vid. L. B. DE SCHROEDERN *Fürſtl. Schatz- und Rent-Cammer*, C. XIII. ſeqq.

(p) Vid. BORNITIVS *de rerum ſufficientia* L. II. c. 2. VRSINVS in Diſſ. de *lana & lanificio* c. IV. & VI. & IAC. BRVNNEMANN in Diſſ. de *incrementis vrbium Germ.* c. II. §. 18. & c. III. §. 8. ſeqq. ibique cit. BECHERI Tract. *von Aufnahme der Städte.* Add. WERNERI THEODOR. MARTINI Diſſ. de *Mercibus illicitis ſ. Contrabandis*, IOH. IOACH. BOCKENHOFFERI Diſſ. de *his, quae exportari non debent*, & IOH. NICOL. LIEPOLDTI Diſſ. de *Mercibus illicitis, imprimis iis, quae vulgo vocantur von Contrebande.*

(q) Conf. ex T. III. *Conſtit. electr. Br.*

306

quae domi vel naſcuntur (r), vel praeparantur, & fabricantur (s), aliunde importentur, vel ſi etiam earum importationem permittere viſum fuerit, ſaltem oneris aliquid illis imponatur (t). Ita enim & mercium domeſticarum conſumtio promouebitur facilius, & amor contra exterarum compeſcetur freno carioris pretii, neruus rerum gerendarum, ſine quo friget omne commercium, paratae pecuniae copia, intra ipſos territorii, vbi ſimiles merces viliori pretio comparari queunt, circulos poterit retineri (u).

E re

Br. c. IV. Sectione IX. Edicta N. CXIII. CXVI. & CXXII. *wegen des Garn-Handels.*

(r) Pertinet huc ex iisdem N. CII. Edictum, *daß keinem auswärtigen Kesselträger erlaubt seyn solle, seine Waare in hiesigen Landen zu verkauffen, oder altes Kupffer und Messing an sich zu kauffen; ingleichen daß die eingesessene Kupfferschmiede das einländische Kupffer und Messing gebrauchen, auch niemanden im Preise übersetzen sollen, vom 6. Oct. 1691.*

(s) Pro exemplo eſt ex iisdem N. CVI. Edictum, *daß keine auswärtige Sensen in hiesiges Land zum Verkauff gebracht werden sollen, vom 2. Jun. 1701.* quod anno 1720. renouatum & ampliatum eſt ſub N. CXIV.

(t) Agit hinc tota c. IV. Sectio 12. Tom. III. *Conſt. Electoral. Brunſu. von Impoſt auf auswärtige Stoffen, Hüte, Strümpfe, gearbeiteten Leders, Flonelles &c.*

(u) Conf. VITVS LVD. A SECKENDORFF *im Teutſchen Fürſten-Staat* P. II. c. 8. § 9. n. 10. ibique Illuſtr. ANDR. SIMSON BIECHLINGEN in nota (***) PVFENDORFF. *Introd. in hiſtor. ſtatuum Europae* c. VIII. §. 19. & BRVNNEMANN Diſſ. cit. c. I. §. 21. &. c. II. §. 19. ibique lau-

E re tamen ſubinde eſt, intuitu vnius alteriusue mercimonii, inter ciues diuerſorum territoriorum permittere reciprocum commercium, quale indultu ſuperiorum ciues Electoratus & Ducatus Brunſcuicenſis ratione falcium meſſoriarum, ſecurium & id genus ferramenti libere iam exercent (x). Ita, licet omnis ſalis peregrini inuectio, in fauorem

laudatus AVCTOR *der ietzt florirenden Kauffmannſchafft in Teutſchland* c. IX. & X. vbi Germanis haud inique contemtum rerum, domi natarum, & nimium peregrinarum amorem his reprobat verbis: *Hätte man vorlängſt der Teutſchen Einfalt und ungereimten Handel zu ihren eigenen Schaden angemercket, daß ſie ihre Wolle den fremden Manufacturen überlaſſen, hernachmals von denſelben ihre Tücher, Zeuge und andere Waaren theurer kauffen und bezahlen müſſen, unter dem Vorwand, als wenn ſelbige Frantzöſich und Engliſche Waaren ſeyn, da ſie doch aus unſerer Teutſchen Wolle zubereitet ſind; wodurch den Inwohnern Teutſchlandes abermahl gleichſam ein nachtheiliges Oberbein gemacht, und ihnen der Profit deßfals weggefiſchet worden.*

(x) Ita enim habet N. CXVIII. Patent *daß in denen Fürſtl. Wolffenbüttelſchen Landen geſchmiedete Senſen, Schneide-Meſſer, Axten und Baaren in hieſigen Landen zum Verkauff verſtattet werden ſollen: Demnach die Senſen-Schmiede zu Liebenau und Steyerberg dahin priuilegiret, daß in hieſigen Landen keine andere, denn von ihnen fabricirte Senſen, Sicheln, und Schneide-Meſſere, in oder auſſerhalb Iahrmarckts eingefahren und feil gehalten werden ſollen; die Fürſtl. Wolffenbüttelſche Regierung ſich aber dahin erkläret, daß, wann man die in daſigen Landen gemachte Senſen, Sichelen und Schneide-Meſſer, Aexten und Baaren*

307

uorem salinarum Luneburgensium, in his terris per iterata edicta (y) expresse antea prohibita fuerit; placuit tamen deinde ad tempus mutuum eius commercium inter episcodatum Hildesiensem & ditiones Brunsuicenses (z) concedere, sed id ipsum mox iterum restrictum fuit (a). Sicuti

ren in hiesigen Landen admittiren würde, sie auch aldort die Einfuhr der zu Liebenau und Steyerberg verfertigte Waaren verstatten wolte, und dann die priuilegirte Sensen-Schmiede zur Liebenau und Steyerberg, auf beschehenes Vernehmen, sich dazu erklähret; als wird solches hiermit und in Kraft dieses kund gemacht, auf daß die ieden Orts Obrigkeit sich darnach gebührend achten, und hinkünftig die in den Wolfenbüttelschen Landen geschmiedete Sensen, Sicheln, Schneide-Messer, Axten und Baaren in hiesigen Landen sowohl in, als ausserhalb den öffentlichen Iahrmärckten, geduldet und zugelassen werden mögen. Signatum den 28. September 1724. Et quamuis deinde an. 1733. d. 21. Martii Edicta prohibitoria supra memorata peculiari constitutione, quae extat N. CXXIV. fuerint renouata; sequens tamen clausula subiuncta est: *Es werden iedoch von solchem Verboth ausgenommen, die in denen Fürstl. Wolffenbüttelischen Landen geschmiedeten Sensen, Sicheln und Schneide-Messer, als mit welchen Waaren zwischen beyden Landen ein reciproques Commerce verabredet worden.*

(y) Vid. N. CIII. CVIII. & CXV. l. c.

(z) Vid. ibidem Num. CXXIII. *Ausschreiben der Königl. Regierung wegen verstatteter Einfuhr des auf den Hildesheimischen Saltz-Gewercken Heyersum, Rühden und Detsfurt gesottenen Saltzes vom 28. Ian. 1732.*

(a) Per Edictum N. CXXV. *daß das*

ti vero in ſola praeparatione materiarum domeſticarum ſubſiſtendum non erit, ſi respublica opificiis & commerciis florere debeat; ita etiam proſpiciendum eſt, vt peregrinae bonis conditionibus aduehantur, ex quibus deinde opifices domeſtici merces elaborare ac perficere queant; quod longe magis proficuum eſſe, quam iam alibi elaboratas emere, ſagaciores dudum obſeruarunt. Huic vero negotiationi vrbes, quae mari alluntur, vel ad flumen nauigabile ſitae ſunt, aptiores commodioresque eſſe illis, ad quas non niſi curru materiae opificiariae peregrinae transuehi poſſunt, facile patet. (b).

§. XV.

DE MERCIBVS AD LVXVM POTIVS QVAM AD VITAE SVSTENTATIONEM SPECTANTIBVS MAGIS RESTRINGENDIS MAIORIQVE ONERE GRAVANDIS.

Quamuis etiam mercatura non ad ſolam neceſſitatem reſtrin-

das zu Rühden, Stiffts Hildesheim geſottene Saltz, bey Straffe der Confiſcation, zum Verkauff nicht gebracht werden ſolle, vom 21. Ian. 1734.

(b) Felices ex hac quoque parte praedicat, inter alia inferioris Saxoniae loca, terras Brunſuicenſes, AVCTOR *der Fürſtl. Macht-Kunſt* p. 66. dum ait: *Es iſt in Teutſcchlad kein bequemerer Ort zur Fabrique, als das edele Land Braunſchweig-Lüneburg, auch Hertzogthum Magdeburg und Halberſtadt ſamt angräntzenden Marck Brandenburg, Pommern u. Preuſſen.*

restringi possit, sed ex iis rebus, quae ad elegantiam & lautiorem vitam pertinent, incrementum capiat maximum; nimiam tamen luxuriam, quippe quae semper morum pessimorum indicium est, & paupertatem inter ciues, bona sua dissipantes, producere solet, non tolerandam in republica, sed coercendam esse quouis modo, nemo, cui sanum est sinciput, negabit. Grauis est oratio, quam olim *Cato censorinus* (c), in concione senatorum habuit aduersus Catilinam, vbi mala, ex luxu in rempublicam redundantia, hisce depingit coloribus: „*Nolite existimare, maiores „nostros armis rempublicam ex parua magnam fecisse, si ita „res esset, multo pulcherrimam eam nos haberemus: quippe „sociorum atque ciuium praeterea armorum atque equorum „maior nobis copia, quam illis est. Sed alia fuere, quae il„los magnos fecere, quae nobis nulla sunt. Domi industria, „foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neque „delicto, neque libidini obnoxius. Pro his nos habemus lu„xuriam atque auaritiam, publice egestatem, priuatim opu„lentiam, laudamus diuitias, sequimur inertiam, inter bo„nos & malos nullum discrimen, omnia virtutis praemia am„bitio possidet, neque mirum, vbi vos sibi separatim quisque „consilium capitis: vbi domi voluptatibus, hic pecuniae, aut „gratiae seruitis, eo fit, vt impetus fiat in vacuam rempu„blicam.* Notum quoque est, quid & Graeci, & Romani,

(c) Apud SALLVSTIVM in *Bello Catilil.* c. 52.

ni, & Germani in luxuria per leges ſumtuarias ac veſtiarias compeſcenda tentarint. Longus eſt eorum, quibus in ſola republica Romana vel impenſis funerum, ſumtibus coenarum, mundo muliebri, modus poſitus, vel ludus prohibitus aliaque voluptatis genera interdicta fuerunt (d). Neque ſane exiguus eſt numerus conſtitutionum, a Ludouico XIV. Rege Galliae aduerſus luxum promulgatarum (e). Varii quoque Receſſus imperii eundem ſcopum in Germania habuerunt (f). Sed quam parum feliciter omnia haec deſtinata & ſucceſſerint antea, & hodienum ſuccedere ſoleant, tum priſtinorum temporum memoria, tum quotidiana experientia admonemur. Plus ſaepe frugalis principis exemplum efficere ſeueriſſimis legibus, iam PLINIVS in TRIANO ſuo docuit (g), vbi ſic inter alia philoſophatur: *Vita principis cenſura eſt eaque perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, nec tam imperio nobis opus eſt, quam exemplo. Quippe infidelis recti magiſter eſt metus. Melius homines exemplis docentur, quae imprimis hoc in ſe boni*

(d) Recenſet illas PAVLVS MANVTIVS in *Ant. Rom.* L. de LL. c. 17. ex fragm. quae apud GELLIVM in *Noctibus Atticis* L. II. c. 24. MACROBIVM in *Saturnal.* L. II. c. 13. & L. III. c. 17. alioſque veteres ſcriptores occurrunt.

(e) Conf. de la MARE *Traité de la Police* L. III. Tit. I. c. 6.

(f) Vid. R. I. Auguſtanus de an. 1530. §. 98. an. 1551. §. 69. & 1555. §. 35.

(g) *Panegyr.* CXLV.

boni habent, quod adprobant, quae praecipiunt fieri posse (h). Quo vero facilius ingrauescentem luxum reprimat princeps, recte vetabit, ne eius fomenta in rempublicam adferantur, vel saltem tanto grauiora rebus, ad voluptatem vnice spectantibus, onera imponet, quam illis, quae ad sustinendam vitam conducunt. Iuuat hic audire exquisitissimum morum censorem, IO. BODINVM (i), ita disserentem; *Qui scire de me velit, quodnam genus vectigalium immortali Deo gratissimum, ciuitatibus pulcherrimum, principibus honestissimum, plebi vtilissimum videatur, illud est, quod iis rebus imponitur, quae ad corrumpendos ciuium mores, quae ad delicias, quae ad luxum, quae ad libidinem spectant: aurea, inquam, & argentea suppellex, odores, pigmenta innumerabilia, vestium ornamenta, colores pretiosissimi, gemmae, margaritae, cupediae ceteraque generis eiusdem, quae prohibenda non sunt, nec, si velis possis, cum ea sit hominibus insita vis ac natura, vt nihil auidius expetant, quam quae sanctissime vetantur.* Idem sentiunt IAC. SIMANCKA (k), BOTERVS (l) aliique Politici, ad quos prouocat AHASVERVS FRITSCHIVS (m), ab ipsis tamen in

(h) Pluribus haec illustrat CHRISTIANVS SCHVBERT in Diss. de *eo, quod iustum est circa luxum.* c. III. §. 8.

(i) de *Rep.* L. VI. c. 2.

(k) De *Republ.* L. IX. c. 24. n 9.

(l) De *illustr. statu* L. II. c. 15.

(m) In *Gymnasmate iurid. de regali nundinar. iure & priuil.* c. VII. § 3.

in eo diſſentiens, quod, vt verbis eius vtamur, *praeſtaret vtique merces eiusmodi, plane non admittere, & ita occaſionem luxus praeſcindere, quam iis vectigalia imponere grauisſima.* Sed vti, difficilis eſſe executionis hoc conſilium, quantumuis ceteroquin forſan ſalubre ciuibus, experti ſunt boni principes: ita tolerare quidem talia mercimonia ſatius ducunt, ſed, vt moleſtiora tamen emtoribus fiant, maiori onere, quod diuites vix ſentiunt, pauperes vero effugere facile abſtinentia rerum luxurioſarum poſſunt, grauare ſolent. Id ipſum quoque mouit nuper Sereniſſimum Ducem Brunſuico-Guelpherbytanum, CAROLVM, vt chartas luſorias, in ſuis quoque ditionibus, aliqua penſione oneraret, reditusque, inde prouenientes, ad pios vſus laudabili conſilio deſtinaret (n).

§. XVI.

(n) Factum hoc eſt conſtitutione ſequenti:
Von Gottes Gnaden CARL Hertzog zu Braunſchweig und Lüneburg &c. Unter denen Waaren, welche nicht der Nothdurft, ſondern bloſs der Ergötzung dienen, ſind die Spiel-Carten die eintzigen, welche bis daher mit faſt gar keinen Impoſt beleget worden, ob ſie gleich unter allen Werkzeugen der Wolluſt den meiſten Miſsbrauch unterworffen, und in Betracht der Abgaben am wenigſten einen Vorzug verdienen. Wir verordnen daher und wollen, daſs künftighin von den Carten was gewiſſes gegeben, und damit durch dieſe Waare etwas gutes geſchehe, das aufkommende ad pios vſus zum beſten der Wittwen und Waiſen, Armen

§. XVI.

DE POENA EORVM QVI VEL MERCES PROHIBITAS INFERVNT EVEHVNTVE AVT VECTIGALES RETICENT.

Quo vero magis eiusmodi Edictis prohibitoriis suus constet vigor, transgressoresque, qui vel merces penitus prohi-

men &c. verwandt werde. Es soll also

1.) Zwar der Handel mit Carten, welcher in den hiesigen Messen, auch ausser Landes, getrieben wird, weiter nicht belastet.

2) Aber von denen Carten, welche im Lande bleiben, von jeglichen Spiel schlechter Teutscher Carten sechs Pfennig, von allen andern aber, sie haben Nahmen, wie sie wollen, ein guter Groschen gegeben werden.

3) Es haben dahero alle diejenige, welche Carten fabriciren, verkauffen, oder vor sich davon einen Vorrath haben, solche binnen 4 Wochen a dato dieser Verordnung zur Stempelung an das Pack-Hauss zu Braunschweig einzuschicken, und sollen, wenn nach dieser Zeit irgends wo ungestempelte Carten gefunden werden, solche nicht nur confisciret, sondern auch die Contravenienten mit einer nahmhaften Straffe beleget werden.

4) Die Kauffleute sind gehalten, so bald sie ungestempelte Carten eingekauffet, solche zur Stempelung zu liefern; schicken sie deren einige wieder aus, so wird darauf ein Frey-Stempel gedruckt, und ihnen entweder das vorhin gegebene Stempel-Geld erstattet, oder zu gute geschrieben.

hibitas vendunt, vel earum professionem omittunt, adeoque fiscum defraudant, iustis adfici poenis possint, sycophan-

ben. Wann inzwischen im Lande einige mit den Frey-Stempel bemerckte Carten gefunden werden, sind solche und deren Besitzer der Disposition von ungestempelten Carten unterworfen.

5) Bey denen, welche Carten fabriciren, geschiehet zu ihrer und der Käuffer Bequemlichkeit die Stempelung also gleich, und sollen sie ihre Waaren den Kauffleuten vor einen billigen Preiss, auch selbigen, wann sie die Waaren verschicken wollen, solche mit einen Frey-Stempel bemercket und ohne Berechnung einiges Stempel-Geldes überlassen.

6) Nun hoffen wir zwar, dass, da dieser Impost anfanges beregter massen ad pios usus gestifftet, niemand so gottloss seyn und Wittwen, Waisen und Armen um das, was ihnen gewidmet, verkürtzen und betriegen werde: inzwischen befehlen wir allen Obrigkeiten auf das genaueste auf diese Ordnung zu achten, autorisiren selbige auch befindenden Umständen nach, durch Visitationes und andere Mittel die Contravenienten zu erforschen, und sollen demjenigen, welcher eine Contravention entdecken wird, mit Verschweigung seines Nahmens zu einer Belohnung 5 Reichs-Thaler gereichet, dann auch nicht nur die Spieler, sondern auch der Wirth, in dessen Hausse die Contrauention geschehen, nachdrücklich gestraffet werden. Uhrkundl. unserer eigenhändigen Unterschrifft, und beygedruckten Fürstl. geheimten Cantzeley-Secrets. Gegeben in unserer Vestung Wolffenbüttel d. 2. Ian. 1744.

CARL

H. z. Br. u. L. *(L.S.)*

A. A. v. Cramm.

phantis & obſeruatoribus opus eſſe, qui prohibitarum mercium vel exportationem, vel importationem ſuo loco indicent, tralatitium eſt. Neque enim ſemper ſufficere iurisiurandi religionem, qua mercatores, merces vectigales tractantes, adſtringi ſolent, ſed nihilominus varias ſubinde fraudes committi, experientia docuit (o). Poenae, quas eiusmodi negotiatores temerarii, in legem prohibentem peccantes, pendent, non ſemper ſunt eaedem, ſed pro ratione circumſtantiarum mirifice variant. Plerumque tamen hoc caſu locum habet confiſcatio, qua mediante huiuscemodi merces illicitae in commiſſum cadunt atque in fiſcum rediguntur. Late de hac re agunt Commentatores Iuris Romani ad Titulum D. de *publicanis, vectigalibus & commiſſis* (p). Et ſicuti ſolemnis antea ciuibus aeque, ac exteris, declaratio fieri ſolet, vt a damno ſibi cauere poſſint; ita quicunque tales minas contemnunt mercatores, & contra leges negotiantur, conſentire in poenam ſibi

(o) Conf. quae hac de re fuſius acta & ſub praeſidio Illuſtris AYRERI diſputata ſunt a Clariſſ. ABR. GOTTL. WINKLERO, in *ſpecimine Iurisprudentiae conſult. de Abuſu Iuramentorum e republ. proſcribendo.* Sect. II. §. 20.

(p) Vid. imprimis COCCEII Diſſert. de *Commiſſis*, & Confer. LIEPOLDT in diſſ. de *Mercibus illicitis* cap. VII. de *poena euehentium merces illicitas & an licitae cum illicitis cadant in commiſſum?* MARTINI in Diſſ. eiusdem argumenti cap. V.

bi ſtatutam videntur, neque adeo iuſtam de iniuria, quae ipſis volentibus fit, conquerendi cauſſam habent.

§. XVII.

QVATENVS PRINCIPES IMPERII TEMPORE BELLI COMMERCIVM INTERDICERE POSSINT QVAERITVR.

An & quousque principes imperii tempore belli commercia in ſuis territoriis vel prohibere cum hoſtibus, vel reſtringere ad certas mercium ſpecies poſſint, dependet a quaeſtione praeiudiciali, an & quatenus ipſis bellum, vel in ipſo imperio, vel cum exteris, gerere liceat? Sed cum vtraque quaeſtio nuper admodum a duobus praeſtantiſſimis ingeniis ſolertiſſime fuerit excuſſa, hic otio, quod nobis fecerunt, fruituri, lectorem ad eorum lucubrationes remittimus (q), & hic vnice mentionem facimus ex plus vno

(q) Adi igitur, ſi placet, Clariſſimi IVLII MELCHIORIS STRVBII, Perill. PARENTIS praeclariſſima veſtigia cum laude ſequentis, ſub praeſidio Viri Ampliſſimi atque Conſultiſſimi, GE. LVD. BOEHMERI, de *principe S. R. I. Ius ſuum vi atque armis tuente*, in Acad. Georg. Auguſta diſputatam Diſſertationem eiusque imprimis § IX. ſeqq. & Confer. praenobiliſſimi IOH. HENRICI SPINDLERI, praeſide Celeberrimo HOMMELIO, Lipſiae eodem anno habitam diſputationem de *commercio in S. R. I. tempore belli interdicto*.

vno capite notabilium edictorum, per quae annis proxime elapsis Augustissimus M. B. Rex post indictum sibi etiam, qua Electori Brunsuicensi, a Galliarum Rege bellum, omne cum hostibus commercium equorum iteratis vicibus interdixit (r).

§. XVIII.

POTESTAS EORVNDEM FOEDERA COMMERCIORVM INEVNDI EXPENDITVR.

Neque inquiremus hic in ambitum potestatis principum imperii foedera commerciorum caussa pangendi, quem iam Viri celeberrimi totum emensi sunt, qui destinata opera generatim argumentum de iure foederum statuum imperii pertractarunt (s). Quum enim nonsolum per

(r) Edictum d. 13. Apr. 1743. ita sancit. *Setzen, wollen und verordnen Wir hiermit, daß keinen, wer der auch sey, Pferde vor die Cron Franckreich in unsern Landen aufzukauffen, oder auch um durchzuführen erlaubet seyn, sondern die betroffene Pferde sofort angehalten und confisciret werden, Unsern Unterthanen aber bey schwerer Geld- oder Leibes-Straffe verbothen seyn solle, Pferde in- oder ausser Landes vor mehr besagte Cron, oder vor solche Leute, welche von derselben und denen Angehörigen, wissentlich oder nur muthmaßlich Commissiones haben, aufzukauffen, oder an selbige zu verkauffen, oder zu dergleichen Auf und Verkauff, auch Fortschaffung der aufgekauften Pferde, es sey, auf was Art es wolle, Vorschub und hülfliche Hand zu leisten.* Quod repetitum est d. 19. Febr. 1745.

(s) Vid. IAC. BRVNNEMAN-

per Aur. Bullam Tit. XV. ſed etiam per I. P. W. Art. VIII. §. 2. quae vtraque lex capitulationibus quoque Caeſ. confirmata eſt, inter alia ſuperioritatis territorialis iura ipſis ius faciendi inter ſe & cum exteris foedera pro ſua cuiusque conſeruatione ac ſecuritate diſertis verbis conceſſum ſtabilitumque ſit; nullum eſt dubium, quin talia etiam ad promouenda & dilatanda commercia ciuium ſuorum inire queant. Sicuti vero haec ipſa eorum poteſtas in eodem pacis inſtrumento expreſſa limitatione, quae iam in R. I. de An. MDXXIX. §. *Vnd alſs ein Abſchied* & R. I. de A. MDXCIV. extat, atque in Capitulatione Caroli VII. aeque ac Franciſci I. Art. VI. §. 4. & 5. repetita eſt, ſimul circumſcripta fuit, *ne eiusmodi foedera ſint contra Imperatorem & imperium, pacemque eius publicam, vel hanc imprimis tranſactionem, fiantque, ſaluo per omnia iuramento, quo quisque Imperatori & imperio obſtrictus eſt;* haud dubie haec reſtrictio etiam in foederibus, quae intuitu commerciorum ſancire adgrediuntur, ipſis ante oculos verſari debet. Plura talium foederum & pactorum exempla paſſim in collectionibus actorum publicorum occurrunt, quae hoc loco commemorare nimis longum foret. Laudat inprimis Illu-

MANNVS in Diſſ. de *foederibus ſtatuum Imp. cum exteris.* & Conf. Illuſtr. MASCOVIVS de *iure foederum. in S. R. I.* §. XXIV. ſeqq. Add. PFEFFINGER *in Vitriar. illuſtr.* L. III. Tit. 3. §. 21. ibique notata, vbi longa ſeries foederum talium recenſentur & Tit. 19. §. 132. ſeqq.

Illustrissimus Comes, HENRICVS H. F. A BVNAV (t), Serenissimi Electoris Brandenburgici, FRIDERICI WILHELMI, gloriosae memoriae, prudentissimam curam, qua sibi ab Anglis & Batauis securam nauigationem in mari Baltico, vnde via ad omnes orbis partes patet, & libertatem commerciorum pro ciuibus suis, praesertim in terris Pomeranicis & Prussicis solemni pactione, qua ipsa quoque vicissim confoederatis auxilium contra inimicos & rebelles spopondit, stipulatus est (u). Neque sane sua laude defraudandi sunt principes, qui ita interpositis pactis, citra detrimentum imperii, vt ciuium suorum commercia amplificentur & secura reddantur, allaborant. (x)

§. XIX.

(t) In Diss. de *Iure Imperatoris atque Imperii Rom. Germ. circa maria.* §. 34.

(u) Exhibet vtrumque foedus SAM. DE PVFENDORFF de *Rebus gestis Friderici Wilhelmi Magni, Electoris Brandenburgici* L. IX. §. 27. p. 564. & Lib. X. §. 13. p. 652. Alterum, inter Principem Electorem & Carolum II. Regem M. Britanniae anno 1661. initum, continet Art. VIII. clausulam: *Vtriusque subditis liberum erit, absque omni impedimento, alterius regna, prouincias, emporia, portus & flumina adire, ibique versari & negotiari, saluis tamen cuiuscunque loci legibus, iuribus ac priuilegiis & consuetudinibus.* Altero cum Belgis an 1666. pari ratione sic pactum: *Commercia inter ciues vtrimque libera erunt portusque vtrimque patebunt.*

(x) Respicit huc quoque Articulus VI. pacis nuperae, inter Augustissimam Imperatricem & reginam Hungariae ac Bohemiae, atque Potentissimum Borussiae

§. XIX.

DE NVNDINIS DIVERSISQVE EARVM SPECIEBVS.

Progrediendum nunc erit ad ſtata illa tempora locaque definita, quibus principes imperii mercatoribus, vndique confluentibus, & ciuibus ſuis, & exteris, liberrimam commercandi poteſtatem faciunt. De nundinis mihi hic ſermonem fore, quilibet, vel me tacente, ſtatim intelliget, quas a nono die, quo ruſticani, poſtquam octo dies agriculturae impendiſſent, ad mercatum & iudicia itemque ad leges nouas cognoſcendas, vrbem Romam adire ſolebant, ita, quaſi nouemdinas, nominatas eſſe, neminem poteſt latere, qui in antiquitatibus Rom. vel aliquantisper eſt verſatus. Sunt autem nundinarum, quarum nomen,

ruſſiae regem Dresdae d. XXV. Decembris 1745. concluſae, qui eſt huius tenoris: *Sa Maieſté l'Imperatrice, Reine d'Hongrie & de Boheme, & Sa Maieſté le Roi de Pruſſe s'engagent mutuellement, de favoriſer reciproquement autant qu'il eſt poſſible, le Commerce entre leurs Etats, pais & Suiets reſpectifs, & de ne point ſouffrir, qu'on y mette des entraves ou chicanes, mais Elles tacheront plutot de l'encourager & de l'avancer, de part & d'autre fidelement pour le plus grand bien de leurs Etats & Suiets reciproques.* Qua pactione reconciliatae amicitiae non ſolum Auguſtiſſimos Poloniarum & M. Britanniae Reges nomine Electoratuum ſuorum, Saxonici & Brunſuico-Luneb. ſed etiam Sereniſſimam domum Haſſo-Caſſellanam & Sereniſſ. Electorem Palatinum comprehenſos eſſe, Art. X. XI. & XII. docent.

men, re licet mutata, retentum, & ad mercatum publicum vnice reſtrictum eſt, aliae minus ſolemnes, eaeque vel annuae, *Iahrmärckte*, vel hebdomadales, *Wochenmärckte*, aliae ſolemnes, *Kayſerliche freye Meſſen*, item *Iahrmeſſen, offene freye Meſſen*, vulgo dictae.

§. XX.

NVNDINAS MINVS SOLEMNES TVM ANNVAS TVM HEBDOMADALES PRINCIPES IMPERII VI SVPERIORITATIS TERRITORIALIS PRO LVBITV INSTITVVNT.

Ad prioris generis nundinas quod attinet, quae mercatuum nomine venire ſolent (y), palam eſt, poſſe quemlibet principem imperii eiusmodi nundinas vi ſuperioritatis territorialis (z) in prouinciis ſuis inſtituere, earumque ius & pagis, & ciuitatibus, concedere. Neque id ſeueriores Reſeruatorum Imperatoris vindices negare audent, niſi ipſae quoque ſolemnium nundinarum priuilegiis debeant gaudere, ſub qua limitatione earundem inſtitutio-

(y) Vid. PEREZ ad Tit. C. de *Nundinis*.

(z) Recte huic cum RHETIO poteſtatem non ſolum mercatus hebdomadales, ſed etiam annuos & prouinciales inſtituendi tribuit THOMASIVS in Diſſ. de *Iure Statuum imperii dandae ciuitatis* §. XXXIX.

ſtitutionem, cum SINOLDO (a) & STAMLERO (b), Reſeruatis Imperatoris adnumerat AHASVERVS FRITSCHIVS (c), qui multa cum induſtria hoc argumentum tractauit. Neque impediri hanc principum poteſtatem, licet vicinis nundinis aliquod inde diſpendium naſcatur, niſi adiacentis territorii dominus priuilegio contrario munitus ſit, vi cuius ſaltem intra certum terminum nulli in detrimentum ciuitatum ſuarum noui mercatus inſtitui debent; praeter GAILIVM (d), KEYSERVM (dd) aliosque plures, MYLERVS (e) & FRITSCHIVS (f) obſeruarunt. Quantumuis autem illimitata ſit principis poteſtas in prouincialibus nundinis inſtituendis; ne tamen nimis multiplicentur, vel vt ſaltem earum habendarum tempora ita ordinentur, ne altera ciuitas alteram turbet, publice intereſt. Quamuis etiam variis in locis, praua conſuetudine, quam probare non dubitauit ANDR. VALLENSIS (g), receptum ſit, vt mercatus diebus feſtis, ob maiorem populi concurſum, habeantur; rectius ta-

(a) In *Coll. Iur. publ.* Vol. I. Diſp. 6 Theſ. 21. lit. G.

(b) In Tract. de *Reſeruatis Imperatoris* §. 61. n 9.

(c) In *Gymnaſmate Iurid. de regali nundinarum iure ac priuil.* c. IX. §. 3.

(d) L. II. obſ. 69. n. 24.

(dd) In Diſſ. *de Imp. R. G. Reſeruat. & Regal.* §. 22.

(e) *de Princip. & Statibus imp.* P. II. c. 58. n 8.

(f) l. c. C. IV. §. 10. n. 86. ſeqq.

(g) In *Parat. iur. Can.* L. I. Tit. *de Feriis* n. 12.

tamen agunt principes (h), qui eiusmodi profanationem Sabbathi non tolerant, sed prohibent (i). Ceterum indulgeri magistratibus muncipalibus, quibus etiam ipsa mercatuum indictio plerumque solet relinqui (k), potestatem condendi ordinationes mercatuum tam hebdomadalium, quam annuorum, per quas, accedente superiorum confirmatione, commercantibus modus & tempus praescribitur, omniaque ad reipublicae vtilitatem determinantur, vel pulcherrima ciuitatis Gottingensis ordinatio nundinaria, *Marckt-Ordnung*, ostendit, A. MDCCXXXIV. promulgata & ad mandatum Augustissimi regis & Electoris Georgii II. ab Illustriss. Senatu Sanctiore Hannouerano confirmata. Inprimis optimo consilio prohibitum est, ne circulatores & praestigiatores aliique huiusce modi nugiuenduli, senes saepe iuuenesque argento emungentes, facile nec sine speciali concessione admittantur (l).

§. XX.

(h) Conf. FRITSCH. l. c. c. V. §. 6.

(i) Tale edictum prohibitorium, Hannouerae d. 25. Iun. 1710. datum, habes in *Const. prou. Elect. Brunsu.* T. I. c. I. Sect. 2. N. VIII. Nota quoque est D. AVGVSTI, Ducis Br. constitutio *an des Herrn und andern Feyertagen keine öffentliche Iahrmärckte zu halten*, sub dato 28. Apr. an. 1649. Add. ANTONII VLRICI *Erneuertes Landes-Fürstl. Edict gegen die Entheiligung des Sabbaths* de dato 1. Aug. 1709.

(k) Vid. ZAHNII *Ichnographia municip.* cap III. n. 78.

(l) Vid. Edictum, *daß denen Comoedi-*

§. XXI.

SOLENNES NON NISI EX CONCESSIONE IMPERATORIS CONDVNT.

Maiores siue solemnes nundinas, vulgo *Messen*, quas inde, quod olim mercatus diebus festis, finito Missae sacro, inchoarentur (m), rectius forsan, quam vel, cum LEVBERO (n), a Missis dominicis, vel, cum AHASVERO FRITSCHIO (o), a mensurandis mercibus, vel cum aliis aliunde dixeris, vnanimi consensu scriptorum ad Reseruata Imperatoris referuntur. Is tamen, vt sine graui caussa Statibus non facile negat (p) veniam tales in territoriis

dianten, Marckschreyern und Quacksalbern, wenn selbige eine Speciale Concession deßfals nicht erhalten, ingleichen denen Gauchlern, Seiltänzern, Riemenstechern, Glücks-Töpffern, Taschen-Marionetten-und Poppen-Spielern, weder in- noch ausserhalb Jahrmarckts, auszustehen verstattet werden solle, von 11. Nouembr. 1712. T. III. *Constit. prou. Elect. Br.* c. IV. N. CCCLXXVII. quo fundata est similis prohibitio *in der Göttingischen Marckt-Ordnung* cap. I. §. 4. Eiusdem tenoris Edictum promulgauit Sereniss. Dux AVG. WILHELMVS Guelpherbyti d. 18. Octobr. 1723.

(m) Quem morem illustrat charta Childerici Regis Francor. apud TH. RVINARTVM in App. ad GREGOR. TVRONENS. p. 1384.

(n) In *Disquisit. plenar. Stap. Sax.* n. 222. & 248.

(o) l. c. cap. I. n. III. n. 27.

(p) Vid. THOMASII Diss. de *iniusta oppos. iur. Mai. superiorit. territ. & Reseruator. imperat.* §. XXI.

toriis ſuis inſtituendi; ita etiam circumiacentes ciuitates audire antea ſolet, quarum intereſſe poteſt, ne eiusmodi priuilegium ſibi damnoſum aliis concedatur (q). Beneficia, quibus mercatores tempore nundinarum gaudent, pleraque iam ſupra commemorauimus, vbi de priuilegiis eorum generatim egimus. Nimis quoque amplum hoc eſt ſtadium, quam vt totum hic decurramus. Quare intra limites patriae noſtrae nobis iam vnice ſubſiſtentibus ſufficere queunt, quae de nundinis Brunſuicenſibus ſunt in promtu, & quarum priuilegia vel ſola, cum conſtitutionibus, ſenſim nundinatorum cauſſa promulgatis (r), nos

(q) Ita Francofurtum obtinuit ab Imperatore, ne nouae circa ciuitatis huius territorium nundinae inſtituantur, & Lipſia talem prohibitionem ad XV. vsque milliaria impetrauit. Vid. FRITSCHIVS l. c. cap. IV. §. 2. n. 19. ſqq. ZIEGLER de *Iur. Mai.* L. I. c. 42. §. 3. LIMNAEVS ad *Ius publ* L. VII. c. 16. n. 25. ſeqq. Add. OTTONIS HENR. L. B. A FRIESEN & SAM. STRYCKII *Ius principis extra territorium* c. II. n. 87. ſeqq. De nundinis Brunſu. vid. infra not. (s). pag. 80.

(r) Ex recentioribus notamus hic D. AVGVSTI WILHELMI Duc. Br. *gnädigſte Verordnung gegen 1) die füreilig und unzuläſſige Handlung vor Einläutung der Meſſen, 2) die allzugeringe Vereintzelung der Waaren, 3) das Hauſiren mit Waaren, und endlich 4) gegen den Vertrieb der von denen Meſſen überbleibenden Güter, zwiſchen denenſelben, ſo bisher von denen Handwerckern und allerhand andern dazu nicht befugten Einwohnern, welche ſelbe von den fremden Kauffleuten in Commiſſion gelaſſen worden, zur Ungebühr und groſſen Nachtheil ſowohl der Fürſtl. Zoll- und Accis-Caſſa,*

nos satis, quaenam sint Imperatoris, quaenam domini territorialis circa earum institutionem & directionem partes, edocere possunt (s).

§. XXII.

Cassa, als der hiesigen Kauffleute und Handwercker, unternommen worden, de dato Braunschweig den 10. Iul. 1730.

(s) Exhibent illa RETHMEYER *in der Braunschw. Chronick* T. III. c. 76., & PFEFFINGER in *Vitr. ill.* L. III. Tit. 2. § 37. p 185. vbi ita sese habent: *Wir Maximilian von Gottes Gnaden Römischer Kayser* (tot. tit.) *bekennen öffentlich mit diesem Brieff und thun kund, dass Wir auf demüthigst Anruffen und Bitt, der Ehrsahmen, Unser und des Reichs lieben getreuen Burgemeister und Rath der Stadt Braunswick, gemeinen Nutz zu Fürderung und Gutem, denselben Bürgemeister und Rathe die Gnade gethan, gönnet und erlaubet haben, also, dass sie und ihre Nachkommen, nun hinführo in derselben Stadt Braunsvvick zvveen Iahr - Märckte, nemlich den einen auf Frey-Tag, nach unsers lieben Herren Christi Auffarths-Tag, und den anderen den nächsten Tag, nach unserer lieben Frauen Empfängniss, anzuheben, und ihr jeder 10. Tag, die nechsten darnach, zu vvähren, eines jeden Iahrs haben, halten, üben u. gebrauchen mügen: Thun, gönnen und erlauben Ihnen auch solches also von Römisch Kayserl. Macht, vvissentlich und Kraft dieses Briefes, und meynen, setzen und vvollen, dass zu solchen Iahr-Märckten die vorgemeldeten Burgemeister und Rathe der Stadt Braunschvveig und ihre Nachkommen, auch alle die, so dieselben mit ihren Kauffmann - Schätzen, Waar, Haaben und Güthern, oder in andere Weg besuchen, dazu und davon ziehen, in der obbestimmten Zeit der Iahr-Märckt, auch 10. Tage vor Eingang und 10. Tage*

317

§. XXII.

DE IVRE STAPVLAE.

Cum iure nundinarum coniunctum interdum est, &

ge nach Ausgang derselben Iahr-Märckt, alle und jegliche Gnad und Freyheiten, Recht, Fried, Geleit, Schutz, Schirm und Gevvogenheit haben, gebrauchen und geniessen sollen und mögen, die andere Städte in dem heiligen Reiche um sie gelegen, zu ihren Iahr-Märckten, und die Persohnen, so dazu und davon ziehen, haben, gebrauchen und geniessen, von Recht oder Gevvohnheit, von allermänniglich unverhindert: doch anderen Städten, Märckten und Dörffern in zvvey Meile Weges um dieselbe Stadt Braunschvveig gelegen, an ihren Iahr-Märckten und sonst männiglich an seinen Rechten unvergreiffenlich und unschädlich. Und gebiethen darauf allen und jeglichen Churfürsten, Fürsten, geistlichen und vveltlichen Praelaten, Grafen, Freyen, Herrn, Rittern und Knechten, Haubtleuten, Vizdomben, Vogten, Pflegeren, Vervvessern, Amt-Leuten, Schultheissen, Burgemeisteren, Richtern, Räthen, Bürgeren, Gemeinden, und sonst allen anderen Unseren und des Reichs Unterthanen und Getreuen, in vvess Würden, Staat oder Wesen die seynd, ernstlich und vvollen, dass sie die Burgemeister und Rath der Stadt Braunschvveig und ihre Nachkommen, an den obgemeldeten unseren Gnaden, Gönnungen, Erlaubung, auch Ubung und Gebrauch der obbestimmten Iahr-Märckte nicht hindern, noch irren, sondern sie und alle die, so die obgemeldeten Iahr-Märckte besuchen, dazu und davon ziehen, der vorbestimmten Freyheit und Gnade geniessen

& saepe confundi solet ius stapulae, quanquam hoc in se spe-

sen und gäntzlich dabey bleiben lassen, und hiervvieder nicht thun, noch jemand anderen zu thun gestatten, in keine Weiss, als lieb einem jeglichen sey unser und des Reichs Ungnad und Straff, und darzu eine Poen nemlich 20 Marck löthigen Goldes zu vermeyden, die ein jeglicher, so offt er freventlich hiervvieder thäte, Unss halb in Unser und des Reiches Cammer und den anderen halben Theil den ehe gemeldeten Burgemeister und Rath zu Braunschvvigk und ihren Nachkommen unnachlässlich zu bezahlen verfallen seyn solle. Mit Uhrkund diss Brieffs besiegelt mit Unseren Königl. anhangenden Insiegel, geben zu Cöhlen am Erch-Tage den 21. Tag des Monaths Iulii nach Christi Geburt 1505. Unserer Reiche des Römischen im 20sten, des Hungarischen im 16ten Iahren.

Per Regem.

(L. S.)

Sernstein.

Facta haec esse, consentiente domino territoriali, HENRICO SENIORE, Duce Brunsuicensi, docet Diploma eius apud RETHMEYERVM l. c. p. 1523. Confirmata deinde haec a Sacratissimo Romanorum Imperatore, Leopoldo, fuerunt. Attamen propter frequentia inter duces & ciuitatem gesta bella res optato caruit exitu, donec RVDOLPHVS AVGVSTVS, impetrato Caesaris consensu, aliud nundinis praefigeret tempus, variaque adiiceret priuilegia, Edicta & Diplomata huc spectantia, quae PFEFFINGERVS l. c. p. 186 exhibet. Alterum quod hic notamus, huius est tenoris:

Von Gottes Gnaden, Wir Rudolph Augustus, Hertzog zu Braunschvveig und Lüneburg &c. Uhrkunden hiermit und fügen zu vvissen, als Uns Unsere liebe getreue Bürgemeister und Rath Unser Stadt Braunschvveig unterthänigst zu erkennen gegeben, obvvohl laut Uns producirten Original-Brieffes, von dem glorvvürdigsten Kayser, Herren Maximiliano I. der Zeit Römischen Könige, in An-

ſpectatum, ab illo plane ſit diuerſum. Non inueſtigabimus,

Anno 1505. dieſe Unſere Stadt Braunſchvveig, mit zvveyen groſſen Kayſerlichen freyen Iahr-Märckten, benahmentlich auf Adſcenſionis Domini und Conceptionis Mariae Virginis, dergeſtalt ſtattlich priuilegiret und begabet, daſs dieſelbe jedesmahl nicht nur 10 Tage lang aneinander in beſagter Stadt gehalten vverden möge, ſondern auch über daſs allen und jeden von fremden Orten, mit ihren Güthern zu- und abreiſenden Kauff- und Handels-Leuten, gantzer zehn Tage vor dem Anfange, und zehn Tage nach Endigung ſolcher Iahrmarcks-Zeiten das Kayſerl. freye ſichere Geleite ertheilet, ſolch' Kayſerlich Priuilegium auch nebſt mehreren anderen bis herzu von Kayſern zu Kayſeren, und zvvar von jetzt-regierender Kayſerlichen Majeſtät noch letzthin bey Poen von hundert Marck löthiges Goldes in genere mit confirmiret vväre, daſs dennoch jetzt benannte, ſonſten zu der Ober- und Niederländiſchen Correſpondenz und Handlung vvohl belegene Stadt, zu vollkommener Genieſſung ſolcher Kayſerl. Iahr-Märckte, in denen zurückgelegten Zeiten darum niht hätte gelangen, noch gedeyen können, vveil vvegen der ſovvohl in vorigen als jetzigen Seculo zvviſchen Unſeren Vorfahren an der Regierung und der Stadt faſt immerhin obgeſchvvebeten Troublen, dabey erfolgter vielmahliger Kriege und Belagerungen die fremden Kauff- und Handels-Leute einen Scheu getragen mit ihren Gütheren von vveit entlegenen Orten herzu zu kommen, mithin auch die Zufuhren durch die von Alters her bey der Stadt Braunſchvveig, occaſione der mehrmahls angevvendeten Krieges-Koſten, eingeſchlichene ſchvvere Impoſten nicht vvenig gehindert und ſonſt in viel ande-

mus hic originem ſtapulae, ſiue qua nomen, Latinis auribus

andere Wege mehr, das Commercium zurück geſtellet vvorden, und überdem obervvehnte geſetzte Iahrs-Zeiten verſchiedener erheblichen Umſtände halber von denen ausvvärtigen Kauff-Leuten vor unbequem ermeſſen, dannenhero beſagte Burgemeiſter und Rath Uns unterthänigſt angelanget, nachdemmahl durch Gottes ſonderbahre gütige Verleihung die Stadt ohnlängſt (An. 1671. 12-22. Iunii) in Unſere Subjection, Unterthänigkeit und Gehorſam ſich hinvvieder ergeben, Wir als Dero alleiniger Landes-Fürſt geruhen vvolten nunmehro dieſer Unſerer Stadt zu beſſerer und vollenkommener Exercirung und Genieſſung des obervvehnten Kayſerlichen Privilegii zu verhelffen, und zu Dero Behuf nicht allein zu belieben, daſs mehr ervvehnte beyde Kayſerliche Iahr-Märckte auf bequemere Zeit angeſtellet, und zvvar der erſte auf die Woche Invocavit, der andere auf die Woche nach Laurentii geleget vverden möchte, ſondern auch allen fremden mit ihren Gütern zu dieſen beyden Iahr-Märckten ſich einfindenden Kauff- und Handels-Leuten, eine jährliche Befreyung von Zöllen und Impoſten, in Unſerem Fürſtenthum, Städten und Landen, auf eine groſſe Anzahl Iahre zu ertheilen, und mithin denenſelben die Freyheit zu concediren, daſs bey jedesmahligen ſolchen Iahr-Marcks-Zeiten, ein abſonderlich Kauff-Gericht, ſo vvohl aus dem Mittel der Fremden, als Einheimiſchen Kaufleuten, formiret, und dabey in Unſerem Nahmen, die etvva bey den Commercien vorfallende Irrungen und Klagten, ohne Koſten, ſchleunig entſchieden und abgeurtheilet vvürden;

Wann vvir dann von ſelbſten geneigt ſeyn, dieſer Unſer gehorſamen Stadt Aufnahme väterlich zu beſorgen,

ribus inauditum, siue qua rem ipsam. Vtrumque iam a Vi-

sorgen, und alles, was dem freyen Commercio hinderlich seyn mag, so viel an Uns ist, aus dem Weg zu räumen, so haben wir umb so mehr Dero unterthänigsten Suchen, befundenen Umständen nach, statt gegeben, resolviren demnach und erklähren Uns, gegen mehr erwehnte Burgemeistere u. Rath Unserer Stadt Braunschweig hiemit und Krafft dieses, in Gnaden dahin, und zwar (1) auf versicherende Kayserliche allergnädigste Ratification, dass um der auswärtigen Kauffleute besserer Bequemlichkeit willen, hinkünftig und von nun an, mehr gedachte Kayserliche freye Iahr-Märckte, und zwar der erste den Montag nach Invocavit, der andere aber den Montag nach Laurentii in Unserer Stadt Braunschweig angestellet u. 10 Tage vollenkommen gehalten werden sollen, und gleichwie (2) Krafft mehr gedachten Kayserl. Privilegii, alle Dero Behuf an- und abreisende Kauff- und Handels-Leute, samt ihren Gütern sich des Kayserl. freyen Geleits zu versichern haben, also wollen Wir auch alle und jede solche Kauff- und Handels-Leute, so bald dieselbe Unser Fürstenthum und Lande erreichen, nicht allein in Unseren Landes-Fürstl. Schutz und Schirm aufnehmen und erhalten, sondern auch (3) die gnädigste Anordnung ergehen lassen, dass zu facilitirung der Zu- und Abfuhr die Wege und Strassen, innerhalb Unseren Fürstenthum und Landen, in guten Standt gebracht und erhalten werden, zu den Fuhren auch Unsere Unterthanen gegen billige Belohnung guten Vorschub thun und leisten sollen; und damit (4) alle und jede auswärtige Kauff- und Handels-Leute mit ihren grösseren Vortheil diese beyde Kayserliche freye Iahr-Märckte besuchen

a Viris doctissimis praestitum est (t). Notamus hic solum-

chen mögen, so sollen dieselbe samt und sonders, sie kommen her, von vvas vor fremden Orten sie vvollen, mit ihren Haab und Wahren, nicht allein von allen und jeden bey Unserer Stadt Braunschvveig von alters her üblichen Zöllen und dergleichen Imposten, sie haben Nahmen, vvie sie vvollen, die nächstkommende 30. Iahr über gäntzlich exemt und befreyet seyn, sondern auch in Unserem gantzen Fürstenthum und Landen bey allen Unseren Zoll-Städten eine gleichmässige 30. jährige Zoll-Freyheit, durchgehends und allerdings zu geniessen haben, und mit keiner einigen Auflage beschvveret vverden, gestalt denn auch (5) um die Handlung desto freyer und unbeschränckter zu pflegen, das bisher in Unser Stadt Braunschvveig observirte Recht, vermöge dessen ein Fremder mit einem fremden nicht handelen mag, Zeitvvährend beyder Kayserlichen freyen Jahr-Märckte, gäntzlich soll aufgehoben, und einem jeden fremden Kauffmann, seinem Belieben nach, mit hiesigen Bürgern oder auch mit fremden Kauff- und Handels-Leuten zu commerciren und zu handeln durchaus frey gelassen seyn; so soll auch (6) gnädigst verstattet seyn, dass die ankommende fremde Kauffleute, deren Nahmen in die Iahrmarckts-Matricul eingeschrieben vverden sollen, jedessmahl gevvisse Personen aus ihrem Mittel zum Kauff-Gericht ervvehlen, vvelche dasselbe mit und nebst einigen Unseren Braunschvveigischen Kauffleuten besitzen und in Unserem Nahmen, (nach Anleitung einer gevvissen Ordnung, so vvir aus den diensahmen und nothvvendigen Artickeln, die Uns etvva von fremden Kauffleuten Dero Behuf förderlichst zu Unserer Adprobation eingesandt vverden möchten, abfassen und publi-

320

lummodo varios ſignificatus, quibus haec pauſa communis,

publiciren laſſen wollen) alle andere unter ihnen vorfallende Irrungen und Klagen, wie Kauffmanns Recht und Gewohnheit ſchleunig entſcheiden und aburtheln mögen, inmaſſen Unſer Stadt-Magiſtrat die in ſolchem Gericht ausgeſprochenen Urtheln ſo gleich zur Execution zu bringen ſchuldig ſeyn ſoll: Wie Wir denn auch (7) gnädigſt wollen, daſs denen fremden Kauffleuten, die ihre Güter behuf mehr erwehneter beyder Kayſerlichen Jahr-Märckte alhie nieder zu ſetzen belieben haben, und abſonderlich denen, die zuerſt ihre Güter anhero ſenden werden, die Rathhäuſer, ſo würcklich nicht gebraucht werden, nebſt denen Kauffhäuſern und gemeinen Stadtgewölbern umſonſt frey und ohne Miethgeld die nächſten 6 Jahr über eingeräumet, den übrigen Kauffleuten aber, die ſich etwa ſpäter einfinden möchten, andere gute bequeme Plätze gegen ein leidliches Heuer-Geld angewieſen werden ſollen und haben im übrigen (8) Burgemeiſter und Rath dahin zu ſehen und biſs an Uns ernſtlich darüber zu halten, daſs bey oſſterwehnten Handlungs-Zeiten kein Fremder, bey hieſiger Wohlfeilheit der Lebens-Mittel, ſo wenig von denen Gaſt-Wirthen, als auch ſonſten mit der Fracht von denen Fuhrleuten überſetzet, ſondern hingegen ſo wohl in dieſen, als allen anderen Stücken, die Commercia bey dieſer Stadt beſterſſwuenſacilitiret und befördert werden. Uhrkundlich haben Wir dieſe Unſere Landes-Fürſtl. Conſtitution mit eigenen Händen unterzeichnet, und mit Unſerem Fürſtl. Siegel bedrucken laſſen. Gegeben in Unſerer Stadt Braunſchweig den 3. Jan. 1681.

Rudolph Auguſt.

(L. S.)

Alteri

nis, vti in veteri charta dicitur (u), vulgo *die Niederlage*, voca-

Alteri ansam praebuit mutatio temporis nundinarum habendarum. Licet enim die Lunae post dominicam Inuocauit celebrandae essent; deinde tamen die Lunae B. Mariae purificationis festum quam proxime sequente celebrari iussae sunt nouo hoc Edicto:

Von Gottes Gnaden Wir Rudolph Augustus, Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg &c. fügen jedermänniglich und insonderheit denen Kauff- und Handels-Leuten, hiemit in Gnaden zu wissen, dass wir eine Zeithero an keinen Stück ermangelen lassen, wodurch die Aufnahme und Verbesserung der Kayserlichen freyen grossen Jahrmärckte oder Messen, womit Unsere Stadt Braunschweig Kraft ihres von der Römisch Kayserl. Majestaet würcklich habenden Privilegii längst her providiret und versehen ist, fruchtbarlich befodert werden mögen, Dero Behuf Wir dann Inhalts Unser sub dato d. 3. Jan. 1681. darüber publicirten Landesfürstl. Constitution, unter anderen bewogen worden, zu besserer Commoditaet der commercirenden Kauffmannschaft, und zwar vorerst zum Versuch, die Mess-Zeiten in etwas zu verändern: Uns aber nachhero von Burgemeister und Rath gedachter Unserer Stadt unterthänigst praesentiret worden, wie vermittelst fleissiger hierüber mit auswärtigen Kauffleuten gepflogener Consultation befunden, dass die bisher auf den Montag nach Invocavit versuchte Zeit nicht allerdings bequem, indem dieselbe der Messe zu Franckfurt an der Oder zu nahe käme, so dass denen Kauffleuten beyde Messen zu besuchen nicht müglich: neben dem auch der um solche Zeit in Unserem Fürstenthum und Landen übliche Buss-Beth- und Fast-Tag einige Hinderungen gäbe: und über das die Zeit zwischen

321

vocata, vsurpatur. Triplici autem modo ius stapulae exerceri

schen Neujahr und Fastnacht, dem Calender nach, bald lang, bald kurtz, deswegen die Woche Invocavit sehr veränderlich und oftmahlen von einem Monath in den andern fiele, daher denn bey solchen Umständen die Woche nach Lichtmessmessen allerdings bequemer dazu erachtet würde: so haben Wir solches alles ferner bey Uns erwogen, und sowol aus angezogenen, als auch anderen mehr, Uns hierüberbeygefallenen Motiven, allermeist aber um den Gottesdienst in der heiligen Fasten-Zeit durch dergleichen weltliche Dinge nicht verunruhigen zu lassen, sothanem allerseits vor guth ermessenen Vorschlag gnädigst statt gegeben.

Declariren demnach und erklähren vor angeregte Unsere sub dato d. 3. Ian. 1681. publicirte Landesfürstliche Resolution, soviel nemlich die darin ernante Mess-Zeiten betrift, hiemit und Kraft dieses dahin, dass zwar, was die Sommer-Messe anlanget, es nach wie vor, bey der auf den Montag post Laurentii in vorerwehnter Resolution bestimmten Zeit allerdings ohngeändert gelassen, die Winter- oder Frühjahrs-Messe aber inskünftige jedesmal auf den Montag nach Purif. Mariae, oder Lichtmessen angestellet, es auch bey solchen determinirten Zeiten (vorbehalt Kayserl. *Confirmation) ohne alle fernere Veränderung sein beständiges Verbleiben haben und behalten solle. Allermassen Wir im übrigen mehr erwehnete Unsere d. 3. Ian. 1681. publicirte Resolution und alle darin zu Beförderung der Commercien den* Kauff- *und Handels-Leuten zum besten ertheilte Privilegia hiedurch gnädigst bestätigen, und einen jeden den völligen Genuss empfinden lassen wollen, wornach ein jeder, der mehr berührte beyde* Kayserliche *freye Iahrmarckte oder Messen in Un-*

erceri ſolet. Mox enim eo redit, vt merces intra certum diſtrictum transuectae, in vrbem, iure ſtapulae gaudentem, importari ibique per definitum quoddam tempus venum debeant exponi. Mox vero mercatorum arbitrio relinquitur, vtrum merces ſuas exonerare ac vendere, an certa pecuniae ſumma hoc onus redimere malint. Aliquando ipſis vtrumque incumbit, quo caſu dicitur ius ſtapulae plenum, ne quid de aliis ſtapulae diuiſionibus (x) in generalem & ſpecialem, definitam & indefinitam dicamus. Quocunque autem modo id iuris exerceatur, maximopere commerciorum libertatem turbat, nec minus oneroſum, quam ipſa vectigalia, habetur. Idcirco non ſolum eiusmodi abuſibus obuiam itum in Capitulatione Caeſarea, ſed etiam

Unſer Stadt Braunſchweig zu beſuchen gemeint, ſich'alſo zuverläſſig zu richten hat. Uhrkundlich haben Wir Unſere Fürſtliche Declaration eigenhändig unterſchrieben und mit Unſeren Fürſtl. Siegel bedrucken laſſen. Geben in Unſerer Stadt Braunſchweig, den 11. Aug. 1683.

Rudolph Auguſt.

(L. S.)

(t) Vid. ZIEGLERVS de *Iure Maieſt.* L. I. c. 42. ENGELBRECHT de *Iure Stapulae*, BENIAMIN LEVBER de *Iure Stapulae Magdeb.* & omnino Ill. MASCOV. de *Iure Stapulae ac nundin. ciuit. Lipſ.* §. XI. ſeqq. ibique laudatus Celeberr. WACHTERVS h. v.

(u) Apud Dn. de LVDEWIG in *Reliquiis MStor.* T. IX. p. 585.

(x) Vid. MELCH. LVBECK in Diſſ. de *Iure Stapulae* cap. III.

etiam expresse cautum est, ne amplius ab Imperatore sine Electorum consensu talia priuilegia concedantur (y). Sunt tamen, qui & hic, vt in aliis iuribus, praescriptioni immemoriali locum relinquant (z).

§. XXIII.

DE IVRE EMPORII.

Ab hoc stapularum iure differt ius emporii, quod a nonnullis promiscue accipitur, sed in sensu lato sumtum, pinguius esse censetur, siquidem ad commercia cum exteris gentibus, in vsum & commodum incolarum & ciuium solummodo, exercenda spectat, cum illud etiam exteris prosit, quorum quilibet & emere & vendere potest. In specialiori sensu autem dicitur, vbi ciuibus tantum merces venum expositas emere, neque aliis vlterius illas deferre

(y) Pertinet huc ex capitulatione nouissima Art. VIII. §. 22. & 23. vbi ita sancitum est: *Alle unrechtmässige Zölle, Stapel und Niederlagen aber, so wohl auf dem Lande, als auf den Ströhmen, oder desselben Mißbräuche, da einige wären, gleich cassiret und abgethan. 23.) Und inskünftige gantz keine Privilegia auf Stapel-Gerechtigkeit mehr ertheilet werden, es geschehe denn erst besagter massen mit einmüthigem Collegial-Rath und Bewilligung der sämtlichen Chur-Fürsten.*

(z) Vid. ZIEGLER l. c. §. 4. & AVCTOR *der Histor. Nachr. von dem Stapel-Recht der alten Stadt Magdeburg* §. 44. LVBECK l. c. cap. IV. §. 9.

re licet (a); quale ſtatutum, vi priuilegii caeſarei, vſu venire

(a) Iuuat hic differentias inter ius nundinarum, ſtapulae & emporii, ex LEVBERI *Diſquiſit. Stap. Sax.* n. 490. ſatis perſpicuas, quas & MARQVARDVS de *iure mercat. & commerc.* L. IV. cap. 6. n. 8. probat, addere: *Wo ſchlechte Iahrmärckte und Meſſen ſeyn, ohne Niederlagen und Stapel-Gerechtigkeit, da mag ein iedermann Waaren zu- und wieder abführen, feil haben, verkauffen und nicht verkauffen, wie er will, er hat deſſen allen guten freyen Willen,* ſecundum l. 1. & l. 2. C. de *Nund.* *Wo aber Stapel-Recht iſt, da mag man wohl die Waaren zuführen, allein man muß ſie auch feil haben, einſetzen und niederlegen, und hat ſolche Freyheit im Kauffen und Verkauffen nicht. Das Ius emporii aber erſtreckt ſich noch weiter, und iſt vom* iure Nundinarum & iure Stapulae *dergeſtalt unterſchieden, daß, wo ermeldte Nundinae und Stapulae ſeyn, da mag auch ein frembder Waaren zuführen, und ein ander fremder Handelsmann die Waaren einkauffen, und haben dabey die Einwohner und Bürger des Orts, da Iahrmärckte und Stapel gehalten werden, mehr nichts, denn gute bequeme Gelegenheit zu handeln, und daß der Obrigkeit Zölle, Wehrgeld, Marcktgeld und Acciſen vermacht wird, und daß die Einwohner und Bürger etlicher Orten den Verkauff vor andern haben. Aber wo das ius emporii in vollen Flor iſt, da mag ein fremder wohl fremde Waaren zuführen, ſolche niederlegen und des Orts verhandeln oder verkauffen, und zwar allein den Bürgern: aber von ſolchen Orten dürffen fremde von fremden keine Waaren erhandelen, ſondern die fremden müſſen dieienigen Waaren, ſo ſie erhandeln und erkauffen wollen, alleine von denen Bürgern des Orts kauffen, erlangen und handeln.* Quod ius emporii, Brunſuigae olim vſitatum, tempore nundinarum ſublatum eſſe, docet Conſtitutio ſuperius allata p. 85. n. 5. Congeſſit quoque has differentias SCHOTTELIVS de *ſingular. quibusdam Germ. iur.* c. XXVI. §. 17. Diſputatum de illis praecipue fuit

nire Lubecae, MARQVARDVS (b) memoriae prodidit. Neque ſane hoc ius liberius exerceri, nec magis ſine Imperatoris ac Electorum conſenſu introduci poſſe, quam ius ſtapulae, quum vtrumque libertatem commerciorum turbet, ex Capitulationibus Caeſareis luculenter adparet (c).

§. XXIV.

DE IVRE GERANII.

Ius geranii, quod etiam ius ſtapulae minus plenum dicitur, nihil eſt aliud, quam facultas, mediante machina verſatili, ſeu inſtrumento tractorio, a cuius figura roſtro gruis vel ciconiae ſimili nomen traxit, in veram mercium vectigali obnoxiarum quantitatem inquirendi, vt hac ratione omnes mercatorum vectorumque fraudes detegantur. Cum igitur hoc ius ad ipſum vectigalis exercitium ſpectet, eiusdemque adeo ſit acceſſorium, nullum eſt dubium,

fuit in controuerſia inter ciuitatem Hamb. & Duces Brunſuicenſes ciuitatesque Luneb. olim agitata. Vid. AVCTOR ſcripti Hamb. *wegen Staffel Gerechtigkeit auf der Elbe*, de anno 1620. & MARTINI VON DER MEDEN *Gegenbericht auf die zu Hamburg an. 1620. ergangene Ausführung etzlicher am Kayſerlichen Cammer-Gericht für die gemeine Freyheit der Commercien und der Schiffarth auf dem freyen Elb-Strohm &c. eröffnete Endurthel betreffend.*

(b) l. c. n. 31.

(c) Vid. Capit. nouiſſ. Art. VIII. §. 6. & 17.

bium, quin, qui ius vectigalis habet, etiam possit iure geranii, ad merces e nauibus leuandas iterumque reponendas, aeque, ac librâ, ad explorandum mercium, curru transvectarum, pondus gaudere.

§. XXV.

DE IVRE VECTIGALIVM.

Ducit itaque nos haec ipsa argumentorum, de quibus hactenus disseruimus, adfinitas, ad ius vectigalium, cui nomini, a vehendo vel vectione orto, porturium & telonium synonima sunt (d). Venit eo pensio, pro vectura mercium, aut transitu personarum, curruum, iumentorum, aut nauium, in compensationem vsus atque refectionis viarum publicarum & praestitae securitatis publicae, exsoluenda. Sic omnium, quos de hac re consuluimus, accuratissime definit vectigal Vir Perill. atque Generosissimus, FRID. ABRAHAM DE HOPFFGARTEN (e), qui etiam originem eius & varias eiusdem diuisiones tradit, omniaque doctissime persequitur, quae ad hanc materiam spectant. Quod ad iustitiam vectigalium attinet, hoc quidem ius iniquum quibusdam visum fuit, sed illud aequissimum esse,

(d) Plura eiusmodi Synonima, certas tamen subinde vectigalium species denotantia, congessit GOELNITZ de *Regali vectigal. iure* c. 2. n. 21.

(e) In Exercit. *Iur. publ. de Iure Vectigal. in Sacro Imp. Rom.* Sect. I. §. 13.

eſſe, ſolidiſſimis argumentis demonſtrauit ZIEGLERVS (f), cui etiam laudatus Dominus de HOPFFGARTEN, cum Viro Perilluſtri & Generoſiſſimo, tum Reſpondente ſuo, GODOFREDO HENR. a NISCHWITZ, ſubſcripſit (g). Nihil enim magis, vt rectiſſime philoſophatur PAVLVS, ICtus (h), ſecundum naturam eſt, quam vt, quem commoda ſequuntur, etiam incommoda & vice verſa ſequantur. Quicunque igitur viarum publicarum liberique per maria & flumina tranſitus commoditate & ſecuritate, ad quaeſtum praeſertim ex commerciis faciendum, frui cupit, aliquid etiam incommodi in reſtituendis non ſolum ſumtibus, hunc in finem impenſis, ſed etiam in lucri, quod ex commercii libertate capit, quadam parte communicanda, ſubire debet. Quam ſummam aequitatem etiam ex iure diuino reuelato repetit IOH. STRAVCHIVS (i), ipſiusque gentium doctoris, PAVLI, effato corroborat (k) diſertiſſimo: *Reddite omnibus, quod debetis, cui tributum debetur, tributum; cui vectigal, vectigal*; & huic voci diuinae ipſa quoque Sanctiſſimi Seruatoris noſtri praecepta ſunt conſona (l). Sicuti autem, qui pro libertate commerciorum tantopere propugnauit,

(f) De I. M. L. II. c. 7.

(g) l. c. §. VI.

(h) In L. 10. ff. de *Reg. Iur.*

(i) In Diſſ. de *Regali vectigalium iure in Imp. Rom. Germ.* §. IX.

(k) *Epiſt. ad Rom.* XIII. 7.

(l) MATTH. XXII. 21. & XVII. 27.

gnauit, iam probe monuit HVGO GROTIVS (m), *modum caussae hic non excedendum esse*, *indeque pendere iustitiam, vt tributi, ita & vectigalis:* Sic prudentiae regulae suadent, ne nimis vectigalium onere grauentur commercantes. Quantumcunque igitur hic quoque tribuerit superioritati territoriali B. de LVDEWIG; negare tamen nequit (n), alio plane iure nos viuere, ex quo in Capitulationibus Caesareis diserte sanciri coepit, vt, si quando vel nouum vectigal introducendum, vel vetus augendum sit, non aliter hoc, quam consensu Electorum fieri, seduloque caueri debeat, ne quid res publica inde detrimenti capiat (o).

Quodsi

(m) de I. B. & P. L. II. c. 2. §. XIV. n. 2.

(n) In *Comment. ad A. B.* T. I. p. 881.

(o) Verba Capitulationis nouissimae Art. VIII. §. 1. 2. 3. sunt satis clara: 1) *Wir sollen und wollen auch insonderheit, dieweil die Teutsche Nation und das heil. Römische Reich zu Wasser und zu Land zum höchsten damit beschweret, nun hinführo, iedoch unbeschädigt, der vor Aufrichtung* p. *Weil. Kaysers Caroli VI. Wahl Capitulation, mit Beobachtung der zu selbiger Zeit erforderlichen Requisiten gewilligter, und von Unseren Vorfahren Römischen Kaysern, absonderlich denen Churfürsten des Reichs ertheileten, und in Observantz gebrachten Zoll-Concessionen, Prorogationen, und Perpetuationen, keinen Zoll von neuen geben, noch einige alte erhöhen, oder prorogiren, weniger von einem Ort oder Bezirck zum andern, weiters als sich gebühret, und rechtmässig hergebracht, erstrecken oder verlegen lassen, auch vor Uns selbst keinen aufrichten, erhöhen oder prorogiren. 2) Es sey dann nicht allein mit aller und ieder Churfürsten Wissen und Willen*

Quodſi vero in contrarium quidquam intendatur, non ſolum mandata ſine clauſula inhibitoria & reſtitutoria, ſed etiam poenam extraordinariam locum habere, vno interpretes iuris cameralis ore adfirmant (p).

§. XXVI.

DE CVRA VIARVM PVBLICARVM.

Quoniam autem in compenſationem onerum, quae imperantes commerciorum cauſſa impendunt, exigi vectigalia ſolent, vt ex antea dictis adparet; cura quoque eorum quam maxime occupata eſſe debet circa opportunitates ad merca-

len, Zulaſſen und Collegial-Rath, durch einhelligen Schluſs, alſo in dieſem Stück verfahren, daſs keines Churfürſtens Wiederrede oder Diſſens dargegen, und dergeſtalt alle und iede in Dero collegial. Stimmen einmüthig ſeyn, maſſen diſsfals die Maiora nicht zu attendiren, und ohne die Vnanimia nicht zu Stande zu bringen, 3) Sondern auch die Intereſſirte Benachtbahrte, und derienige Craiſs, in welchem der neue Zoll aufgerichtet oder ein alter erhöhet, transferiret, prorogiret, oder perpetuiret vverden vvill, darüber gehöret, deren darvvider habende Bedencken und Beſchvverden von Uns und denen geſamten Churfürſten gebührend ervvogen, und nach befundener Billigkeit beobachtet vverden.

(p) Vid. GYLMANN III. *Symphor.* verb. vectigal. n. 186. DENAIS in *Iure Cam.* Rubr. 231. FRIDER. MINDANVS II. de *Mandat.* c. 42. n. 7. & Conf. LIMNAEVS ad *Capitul. Caroli V.* Art. 18. MYL. AB EHRENB. de *princ. & ſtat. imper.* P. II. c. 64. n. 3. ſeq.

mercatorum liberum & ſecurum commeatum neceſſarias. Sicuti ergo ad ſubleuanda & promouenda commercia maritima conducit, portus munire vallis, aggeribusque obfirmare, Pharos ſeu ſpeculas nocturnas, in quibus ſingulis noctibus faces in gratiam nauigantium accenduntur, exſtruere, mare a piratis tutum ſeruare, flumina nauigabilia reddere inque iis quoque nauigationes tutas & inoffenſas praeſtare (q): ita etiam, vt terra merces tanto facilius transuehi queant, viarum publicarum habenda eſt ratio curandumque, vt omnibus ac ſingulis liber, facilis, tutus, commodus nullisque impedimentis obnoxius ſit acceſſus (r). Facit huc conſtitutio Friderici II. Imperatoris anno

(q) Notatu hinc digna ſunt edicta Praetorum Roman. de Fluminibus, *Nequid in flumine publico, ripaue eius fiat, quo peius nauigetur*, item, Vt in *flumine publ. nauigare liceat, & de ripa munienda.*

(r) Veriſſima ſunt, quae NEGLINVS *in Tr. von Bürgerl. Stande* c. 16. apud MAXIM. FAVSTIVM in *Conſil. pro aerario* monet: *Zu beſtändiger Fortbringung der in allen und ieden Städten nothwendigen Kauffmannſchafften und Handthierungen, iſt viel daran gelegen, daß die Wege und Straſſen in Bau und Weſen erhalten, die Städte fleiſſig gepflaſtert, die Brücken ſteiff und wohl unterſetzt, und die tieffe, ſumpfige oder von Waſſergüſſen zerriſſene Wege um iede Stadt wohl ausgebeſſert werden: in Betrachtung daß die Zu- und Abfuhr, ſowohl das Wandeln zu Roß und Fuß, etwas ohnbequehm, bald auch hierdurch die Gewerbe ſelbſt darnieder liegen muſſen.*

N

anno MCCXXXVI. promulgata (s), qua ita ſancitum eſt: *Alle, die Zölle nehment, auf Waſſer, oder auf dem Lande, die ſollen den Wegen und Brücken ihre Recht halten, mit machen, und mit Beſſerungen, unde von den ſie die Zölle nehment, ſollen ſie befrieden und beleiden nach ihrer Macht, alſo fern ihre Gewalt gehet, daſs ſie nichts verlieren. Were dieſs Geboth zu dreyen mahlen bricht, wird er es bezuget vor Gerichte, als recht iſt, der Zolle ſoll dem Rich ledig ſin.* Decet ſane omnes bonos principes egregia ſententia, quam laudatiſſimus olim Haſſiae Landgrauius, PHILIPPVS MAGNANIMVS, ſaepe in ore habuit: *Man ſoll einen Fürſten erkennen bey reiner Straſſen, guter Müntze und Haltung verſprochener Zuſage* (t). Refertur enim (u) inter cetera

(s) Apud GOLDASTVM *in den Reichs-Satzungen* P. II. p. 19. cap. X.

(t) Refert illam IOH. VOLCKMARVS BECHMANN in *Exercit. Iur. de iure Viarum, von Straſſen-Recht* c. IV. §. 5. Quantum vero curae Romani olim viis publicis impenderint, qui accuratius noſſe cupit, adeat Virum Celeberr. eumque elegantiſſimum, EVERH. OTTONEM, in libro ſingulari de *Tutela Viarum publicar.* cuius Pars I. de *Diis vialibus*, II. de *Magiſtratibus viocuris* & III. de *legibus ad viar. ſecuritat. pertinentibus* agit.

(u) Vid. AHASV. FRITSCHIVS de *Regali viarum public. iure.* & conf. IAC. VAN DER GRAEF de *Regal.* cap. XXVI. STEPHANI de *Iurisd.* L. II. Part. I. cap. 7. n. 399. ZIEGL. de *Iur. Mai.* L. II. c. 17. §. 9.

ra principum Regalia ius quoque viarum publicarum, II. Feud. LVI., vnde ſua ſponte liquet, nulli priuato licere viam publicam conſtituere, ſed ſoli principi ius competere deſignandi locum, per quem ſine incommodo iter inſtitui queat. Solent hoc principes vel Edicto, vel Proclamate declarare (x). Neque facile nouis operibus viarum vſum impediri, nihilque in illis aedificari patiuntur, niſi praeteruehendi ſatis amplum adhuc ſpatium ſuperſit (y), cuius latitudinem ex vſu perigrinantium & conditione loci determinandam eſſe, recte iudicat Ill. BASTINELLERVS (yy). Ad neminem igitur propius ſpectare curam reparandi explanandique vias publicas, ſatis luculenter, opinor, adparet (z). Quodſi tamen vel longo vſu, vel lege municipali aliud

(x) Patet id ex Ord. Polit. Elect. Sax. de An. 1555. Tit. *die Land-Straſſen zu erhalten: Und nachdem der Land-Straſſen halber, wohin dieſelbigen gehen ſollen, hievon durch Unſer Vorfahren Ausſchreiben geſchehen: als wollen Wir dieſelbe, damit ſich mit der Unwiſſenheit niemand entſchuldigen möge, förders verneuren und an den Geleits-Hauſe anſchlagen laſſen.*

(y) Conf. Ill. RECHENBERG in Diſſ. de *compendiis principis ex iure Rom. ad habitum territoriorum Germ. relatis.* §. X.

(yy) in Diſſ. de *Iure Viarum publ.* c. II. §. 6.

(z) Ex inſtituto doctiſſime hoc oſtendit V. C. FR. CHRISTOPH. DEDELL in diſſ. inaug. de *Conſeruatione & reparat. viar. publ.* Altorffii 1728 habita & Suobaci 1743. recuſa. Add. SCHRAMM de *Statuis mercurial.* app. n. 10. & Celeb. ENGAV in *Elem. Iur. Germ.* L. II. Tit. 15. Sect. I. §. 277.

aliud introductum sit, refectionem illarum ciuibus cuiusque prouinciae incumbere (a), eosque in subsidium semper ad hoc onus teneri, communis est interpretum iuris doctrina (b).

§. XXVII.

(a) Quomodo in terris Electoratus Br. & a quibus id onus suscipiendum sit, docet ordinatio viar. public. a D. Ernesto Augusto publicata, cuius obseruantiam nouis edictis resuscitarunt augustissimi eius successores, quae inserta sunt T. III. Constit. elect. c. IV. Sect. 19. & quorum nouissimum est N. CCCLXIV. de dato 17. Mart. 1738. quo continetur *umständl. Instruction und Anleitung, welchergestalt die Wegbesserung in Sr. Königl. Maiest. Fürstenthümern, Calenberg, Göttingen und Grubenhagen, auch dazu gehörigen Graf- und Herrschafften, nach Anweisung Weyl. Sr. Churfürstl. Durchl. Herrn Ernst Augusti glorw. Andenckens im Jahr 1691. publicirten Weg-Ordnung vorzunehmen.* Conf. quoque quoad terras Guelpherbyt. Recessus Saltzthalumens. de an. 1597. Art. XXVII. vbi haec leguntur: *Fürs sieben und zwanzigste ist vor nützlich und nothwendig erachtet, daß die Landstraßen, Stege und Wege hin und wieder im gantzen Fürstenthum durch alle und iede iedes Orts Eingesessene, freye und unfreye Leute, bevorab aber an Enden und Oertern, da Zoll, oder Weg-Geld genommen wirdet, durch die, welche den Genieß desselben haben, dem Herkommen nach reparirt, gebessert, auch fürter im guten Stande immer für und für erhalten werden.* Add. Recessus Gandersheimens. de an. 1601. Art. XIX. & Edictum D. AVGVSTI, Duc. Br. *wegen Besserung der Wege und Stege im Lande* de dato 31. Dec. 1643. quod an. 1645. repetitum est. Prodiit quoque D. ANT. VLRICI *neue Weg-Ordnung* d. 10. Mart. 1704.

(b) Vid. LAUTERBACH in *Colleg.*

§. XXVII.

DE IVRE AVRIGARVM.

Eadem ratione de iure & indemnitate aurigarum prudenter diſponunt principes, viarum regiarum domini. Solet enim ſaepius euenire, vt aurigae in itinere inter anguſtias ſibi inuicem cedere nolint. Quae res quantas altercationes, inter quas a verbis ſaepe ad verbera ventum & in caedibus deſitum eſt, ſubinde produxerint, triſtis docuit experientia. Haec mala quo certius praecaueantur, iam olim certus fuit modus conſtitutus (c), quem non ſolum in Saxonia, ſed fere vbique, tanquam ius commune, ab aurigis, niſi aequitati naturali temere repugnent omnemque humanitatem exuerint, obſeruari videmus (d).

Sa-

Colleg. Theoret. pract. ad Tit. ff. de *Via publ.* STRYK. in *vſu mod.* eod. Tit. §. 2. ZIEGLER de *Iur. Mai.* L. II. cap. 17. §. 21. STRVV. Ex. 45. th. 55. ibique P. MVLLERVS.

(c) *Land-Recht* L. II. Art. 59. *Der leere Wagen ſoll ausweichen dem geladenen Wagen, und der minder geladene dem ſchwereren, der Reitende ſoll weichen dem Wagen, und der Gehende dem Reitenden. Sind ſie aber in einem engen Wege oder auf einer Brücken, und iaget man einen Reitenden oder einen zu Fuß, ſo ſoll der Wagen ſtill ſtehen alſo lang, daß ſie mögen hinfür kommen. Welcher Wagen erſt auf die Brücken kommet, der ſoll zum erſten überfahren, er ſey leer oder geladen.*

(d) Conf. FELTMANN in Diſſ. Acad. de *vehiculis obuiis.* STRVV. in *Iurispr. forenſi Roman. Germ.* L. II. Tit. 9. §. 8. ibique laudata *ordinat. Norimb.*

Reliqua

Sapienter quoque cauetur, ne mercede pro vectura mercium ab aurigis mercatores praegrauentur (e).

§. XXVIII.

DE BENE ORDINANDIS CVRSIBVS PVBLICIS VVLGO POSTIS.

Maximó porro commerciorum commodo instituti sunt cursus publici, quorum in suis territoriis adornandorum ius nemo hodie, postquam Electoris Brandenburgici, FRIDERICI WILHELMI, exemplo reliqui etiam Electores & principes imperii fere omnes ad hoc institutum curas suas extenderunt, illis temere negauerit, vel ad Reseruata Imperatoris retulerit (f). Quantopere vero tam litterarum citius transmittendarum, quam personarum & rerum sine mora transuehendarum caussa intersit, vt eiusmodi cursus bene disponantur, ac statis temporibus (g) & cursores

Reliqua, quae ad vectores & plaustrarios spectant, data opera persecutus est FERDIN. CHRISTOPHOR. HARPRECHT in Tract. iurid. de *Iure aurigarum.* Halae 1739. ed.

(e) Vid. supra Constitutio Rudolphi Augusti p. 86. n. 8.

(f) Scripta, quae vel pro hoc principum iure tuendo, vel contra illud prodierunt, indicat B. STRVVII *Bibliotheca iuris selecta,* Ill. BVDERI studio accurato locupletissime aucta, c. XVI. §. 104.

(g) Quae nuperrime Brunsuigae, in

fores, & currus abeant, veniantque, in propatulo eſt (h). Ne quoque iuſto maior merces exigatur ab iis, qui curſibus publicis, vel ad litteras, vel ad merces, vel ad ipſas perſonas ſuas transportandas vti volunt, per taxas, poſtis praeſcriptas, caute princeps prouidebit (i).

§. XXIX.

DE CVRA HOSPITIORVM.

Neque vero hoſpitiorum, diuerſoriorum, tabernarum & cauponarum cura poſthabenda, quin potius omnibus modis proſpiciendum erit, vt mercatores peregrinantes, & vectores viatoresque omnes habeant, vbi libere diuerti, tuto pernoctare & aequo pretio, quoad negotiorum ſuorum cauſſa domo ſua abeſſe debent, ſe ſuſtentare queant. Securitati eorum proſpectum iam eſt iure Romano, & quidem edicto praetorio celebratiſſimo, *Nautae* cau-

in commodum peregrinantium & correſpondentium, accelerandorum curſuum publicorum verſus vrbes Cellenſem & Bremenſem cauſſa diſpoſita fuerint, docetur *in den Braunſchweig. Anzeigen* anni 1745. N. 95. Art. IV.

(h) Conf. KESTNERI Diſſ. de *Iure correſpondentium* c. III. & L. B. DE SCHROEDERN *in der Fürſtl. Schatz- und Rent-Cammer* c. 82.

(i) Quae omnia rite diſpoſita ſunt in Ordinatione poſtarum anno 1682. promulgata, & in Taxa an. 1736. reuiſa, Tom. IV. *Conſt. Elect. Brunſu.* C. VI. N. 145. ſqq.

caupones, ſtabularii vt recepta reſtituant, de cuius vſu hodierno nemo commentatorum dubitat (k). Sed ne iuſto carius hoſpitium ſuum redimere teneantur peregrinatores, cum legibus imperii publicis (l), tum diuerſis principum ordinationibus prouincialibus (m), ſalutariter cautum eſt.

§. XXX.

DE REI MONETARIAE CVRA.

Quantum commerciorum florem vel promouere, vel impedire queat proba, vel improba moneta, facile quilibet intelliget, qui meminerit, nummum, vnicum illud elementum & terminum, ſ. inſtrumentum commutatio-

(k) Conſuli quoque hic poſſunt MVLLERVS in Differt. de *Iure peregrinantium* & BOECKELMANN de *Iure Hoſpitii.*

(l) Pertinet huc *ordinatio polit.* de an. 1530. ſub. rubr. *von theuren Zehren bey den Wirthen.*

(m) Conf. *Ord. polit. Sax. Electoral.* de an. 1555. *von Zehren in Gaſthöfen.* & ex Conſt. *Elect. Brunſu.* P. III. c. 4. p. 1015. vbi Edictum, *daß dieienigen, welche Wirthſchafft treiben, ihre Häuſſer und Stallungen dazu tüchtig aptiren, nöthiges Geräth anſchaffen, denen Gäſten und Paſſagiren höfflich begegnen, ſelbige ratione der Zehrung nicht überſetzen, auch für den Haber nie mehr als in den Städten 2. Mgr. und auf dem Lande 1. Ggr. über den Marcktgängigen Preiß nehmen ſollen, Hannover den 24. Apr. 1710.* Add. P. IV. cap. VI. N. 145. §. 21. p. 373.

tationis rerum, vt ARISTOTELES (n) vocat, ad maiorem commercantium commoditatem, quo facilius omnes res aeſtimabiles menſurari poſſint ratioque reperiendae aequalitatis in promtu ſit, introductum eſſe, vt haud incongrue adeo cenſuerit SINOLDVS SCHVZIVS (o), idem illum in contractibus efficere, quod in ſyllogismo medius terminus, ſine quo ipſe mancus & mutilus ſit. Quantas olim turbas in imperio monetae deprauatio excitauerit, quantum detrimenti commerciis intulerit, acta publica loquuntur (p). Res itaque monetaria ſatis digna viſa eſt, quae non ſolum conſultationes comitiales occuparet, legibusque publicis emendaretur, ſed etiam cuique principi curae cordique eſſet (q). Neque certe ſatis laudandi

(n) In *Nicomach.* L. V. c. 5.

(o) De *ſtatu rei Rom.* Voll. II. Diſp. IX. §. 6. Lit. a.

(p) Vid. THOMANI AB HAGELSTEIN *Acta monetalia*, *Theatrum Europaeum* T. I. p 455. 676. LVDOLPHI *Schaubühne* L. XXII. c. II. n. 64. T. I. p. 43.

(q) Plures ſunt, qui hoc argumentum ſane foecundiſſimum tractarunt, ſcriptores. Palmam vero reliquis omnibus praeripuit Illuſtriſſ. HENR. BVNAVIVS, in *Diſquiſitione de iure circa rem monetariam in Germania*, primum Lipſiae 1716. Reſpondente Generoſiſſ. IO. FRID. DE ROTH, publico eruditorum examini propoſita, deinde 1730. multo locupletior ibidem ab Illuſtri GEBAVERO edita. De mutationibus monetae peculiari diſſertatione egit Illuſtr. AVGVSTINVS LEYSERVS

dandi ſunt principes, qui non ſolum, dum probam monetam cudendam curant, regali, quo gaudent, monetandi iure in vtilitatem reipubl. ipſi vtuntur, fideique publicae, quam ſua imagine nummis conciliant, ſemper memores (r) ſunt, ſed etiam alios, qui circa monetam quocunque modo falſum committunt, ſeuerioribus poenis (s) coercent, permutationem probioris monetae domeſticae cum extera improbiore prohibent, & quantum minutae cum groſſa in com-

SERVS. Neque ſilentio hic praetermitti debet eruditiſſima diſſertatio, quam de *iure circa rem monetariam in terris circuli Sax. ſuperioris praeſertim Saxon. Electoral.* ſub Ill. MASCOVII praeſidio V. C. GEORG. WILHELM. IOECHER, Lipſ. 1723. defendit. Quae nouiſſime de emendatione monetae in comitiis imperii acta ſunt, accurate refert, nec minus erudite expendit Vir illuſtr. CHR. IOH. FEVSTELIVS, in Diſſ. de *iure monetandi, deque nouiſſimis circa eius exercitium conſultationibus in comitiis*, quam reſpondente praenobiliſſ. DAN. GODOFREDO ESSENIO Lipſ. 1740. habuit.

(r) Notabile eſt effatum REINH. *ſen.* COMITIS SOLMENSIS in *Beſchreibung des Adels fol. 6. die Müntze iſt eines Fürſten Glaube, und ſtehet ſein Nahme, Wapen und Siegel darauf, gleichwie auf einem Brief, als eine gerechte und gute Wehre.*

(s) Poenas monetae adulterinae fabricatoribus ſtatutas vid. in *Nemeſi Carol.* Art. CIX. Add. STRYKIVS in Diſſ. de *Temeratoribus Iuris monetandi.* & V. C. PAVLVS IAC. MARPERGER in Diſſ. de *Moneta cuius falſa imitatio ordinaria poena vindicatur*, Lipſ. 1743.

commerciis offerri poſſit accipique debeat (t), ſollicite determinant.

§. XXXI.

DE PRETIIS RERVM DEFINIENDIS.

Quo vero tanto felicius faciliusque procedat commercandi negotium, certum ſolent principes legibus modum praeſcribere, atque formam, accuratiſſime ab omnibus emtoribus aeque, ac venditoribus, obſeruandam. Venit ante omnia hic, vt reliqua ſilentio praetermittamus, in disquiſitionem, an princeps, & eius iuſſu magiſtratus, poſſit rerum pretia definire? Videtur hoc naturae emtionis & venditionis aduerſari, cum in ea requiratur conſenſus liberrimus, & nemo rectius rei ſtatuere pretium poſſe videatur, quam qui eiusdem dominus ſit. Verum enim vero quantamcunque hanc eſſe libertatem putes, ſaltem non ſine diſcrimine illa poterit adſtrui, ſed ad publicam vtilitatem & neceſſitatem ſemper erit attemperanda. Recte

(t) Magnum numerum Edictorum & Reſcriptorum tibi ſiſtit T. III. *Conſtit. Elect. Br.* c. IV. Sect. 15. vnde ſatis luculenter adparet, quantae ſemper curae fuerit harum terrarum legumlatoribus res monetaria. Multum vero intuitu valoris & monetae & cambiorum mercatoribus peregrinis praeſertim inſeruit Index hebdomad. Brunſu. vbi inter alias rubricas quoque extat *Geld- & Wechſel-Cours*.

cte hinc Doctores inter eas res, quae ad victum quotidianum sunt necessariae, & eas, quibus carere possumus, distinguunt, atque in his multo liberius, quam in illis, arbitrium commercantibus relinquunt (u). Certe e republica est, partim ad subleuandam emtorum inopiam, partim ad auaritiam compescendam venditorum, adeoque ad auertendam annonae caritatem, res, sine quibus viuere nequimus, ad certum pretium restringere, ne iniquum exigatur ab iis, qui, ad vitam sustentandam, hoc vel illud emere coguntur. Recte itaque BACHOVIVS (x): *Aliquando definitio pretii relinquitur arbitrio libero venditoris, & id pretium iustum est, de quo inter partes conuenit: aliquando non permittitur, veluti ex caussa necessitatis publicae, & hic magistratus si pretium moderatum praefiniat, hoc omnino iustum dicendum* ... Aequabile vero rerum venalium pretium non aliter haberi, quam si ductu prudentiae pro ratione locorum, temporum aliarumque circumstantiarum, imprimis pro personarum, rerum vendendarum emendarumque, immo & ipsius pecuniae copia & inopia, definitum fuerit (y), tralatitium est (z). Quodsi vero

(u) Vide ZIEGLERVM de *I. M.* L. I. cap. 64. §. 2. ibique laudatos.

(x) ad TREVTLERVM Vol. I. *Disp.* 28. th 3. lit. c.

(y) Vid. l. 63. §. f D. ad L. *Falcid.* Egregius quoque locus est, quem hanc in rem PETR. GREGOR. THOLOS. in *Syntagm. Iur. uniuersi* L. XXV. c. 14. n. 7. ex PLINII Libro XXXIII. *Histor.*

vero ſemel ab Agoranomis, Aedilibus, Epiſcopis (a), inſpectoribus, vel quocunque alio nomine veniant politicis negotiis a principe praepoſiti, iuſtum venalibus rebus pretium ſtatutum ſit, non magis venditor illud augere (b), quam

Hiſtor. natural. c. 12. adducit, & cui hic quoque iure meritoque locum damus. *Pretia rerum*, inquit, *quae vsquam poſuimus, non ignoramus alia in aliis locis eſſe, & omnibus paene annis mutari, prout nauigationes conſtiterint, aut vt quisque mercatus ſit, aut aliquis praeualens manceps annonam flagellet: non obliti, Demetrium a tota ſeplaſia Neronis principatu accuſatum apud conſules: poni tamen neceſſarium fuit, quae plerumque erant Romae, vt exprimeretur auctoritas rerum.*

(z) Vid. ANDR. DINNERI Diſc. de *iuſto rerum pretio definiendo*, & Conf. IOH. HENR. BOECLERI Diſſ. de *Menſura pretii*, inter Diſſertationes, *Commentationi Grotianae* appendicis loco iunctas, N. II.

(a) Hoc nomine in l. 18. §. 7. ff. de *Muner. & honor.* compellantur, qui *praeſunt pani & ceteris venalibus rebus, quae ciuitatum populis ad quotidianum victum vſui ſunt*, per eosque non male DIONYS. GOTHOFR. ad d. l. intelligit aediles cereales, quos Galli *Iuges Intendants de Police & commiſſaires des vivres* lingua ſua vocant. Conf. inter opuſcula Ill. PRAESIDIS iuridica, quae iam ſub prelo ſudant, Diſſ. Epiſtolica de *Superintendentibus eccleſ. proteſt. Epiſcop. veter. eccleſ. propagine* N. V. p. 181. ſeq.

(b) Vtiliſſimum hinc inſtitutum eſt, quo tam in Diurnis Halenſibus, quam Brunſuicenſibus, rerum ad quotidianum inprimis victum neceſſariarum pretia, non ſolum in dictis, ſed etiam circumiacentibus vrbibus definita, indicantur.

quam emtor imminuere (c), citra poenam transgressionis (d), propria auctoritate debet.

§. XXXII.

(c) Obex eiusmodi imminutioni pretii cereuisiarii, a paganis cauponibus nuper attentatae, positus est a Serenissimo Brunsuicens Duce, CAROLO, per constitutionem peculiarem, quam hic legisse haud poenitebit. Est autem huius tenoris:

Von Gottes Gnaden, Wir Carl, Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg &c. fügen hiemit zu wissen, dass Wir mit nicht geringen Missfallen vernehmen müssen, gestalt hin und wieder in Unseren Landen die Dorff-Krüger von den Brauern in den Städten verlangen, dass selbe an dem Preise jeden halben Fasses Bier drey biss vier gute Groschen schwinden lassen sollen, auch wohl gar bey Bezahlung des Biers, einige gute Groschen eigenmächtig abziehen und den Brauern vorenthalten. Da aber den Krügeren darwieder nicht nachgesehen werden kann, dass selbige zu grossen Schaden der Brauer, den Bier-Preiss nach gefallen gleichsam herunter setzen: so verbiethen Wir solches Unternehmen hierdurch ernstlich, und verordnen, dass diejenigen Krüger in Unseren Landen, welche hinfüro den Braueren in den Städten, von denen sie Bier nehmen, an den ordentlichen Preise etwas abziehen, oder dass ihnen etwas davon nachgelassen werde, zu erzwingen sich unterstehen werden, nachdrücklich bestraffet werden sollen, gestalt alle Obrigkeiten hierüber mit Ernst zu halten haben. Uhrkundlich Unserer eigenen Unterschrift, und beygedruckten geheimen Fürstl. Insiegels. Geben in Unserer Vestung Wolffenbüttel den 12. May 1745.

CARL

H. z. Br. u. L. (*L. S.*)

A. A. v. Cramm.

(d) Vid. ZIEGLER l. c. §. VII.

§. XXXII.

DE RECTE CONSTITVENDIS PONDERIBVS ET MENSVRIS EORVMQVE FRAVDATORIBVS COERCENDIS.

Quo vero facilius fraus omnis, quam inter emtorem & venditorem, vtpote vtrumque lucrari cupientem, inſtar claui, inter compages lapideas fixi, vltro citroque intercedere, non minus vere, quam ſapienter, dixit SIRACIDES (c), euitari queat, non ſolum proſpiciendum eſt, vt merces, quae vel numerari, vel ponderari, vel menſurari ſolent, iuſto numero, pondere & menſura, conſtent, ſed etiam cauendum prouide a legislatoribus, ne corruptae pro incorruptis, falſae pro veris vendantur. Vtraque ratione ſaepe peccari, experientia docet. Sicuti itaque principis eſt definire pondera & menſuras, earumque prototypis, maioris auctoritatis gratia, vel arma, vel nomen ſuum imponi curare, aut etiam ciuitatibus, vt ſuis ſignaculis illa corroborent, permittere, atque ephoros, ſiue agoranomos conſtituere, qui iis inuigilent; ita quo magis ſtaterae adulterinae falſique modii annonam onerant, eo ſeuerius coercendi ſunt, quicunque hac parte delinquunt. Quantae abominationi diuino Numini, omnis iuſtitiae fonti,

(c) Cap. XXVII. 2.

fonti, eiusmodi defraudatio ſit, praeter Scripturae Sacrae loca complura (f), patet imprimis ex legibus Moſaicis (g), quarum interpretes Iudaici talem falſarium vel ideo grauiore poena dignum iudicarunt, quia non nouerit omnes, quos deceperit, adeoque fraude ſenſim ablatum vel detractum reſtituere nequeat (h). Quomodo Romani hoc delicti genus vindicauerint, leges ipſorum loquuntur (i). Varias aliorum quoque populorum legislatores crimini reipublicae tam noxio poenas ſtatuerunt (k). Neque maiores noſtri pro integritatis ſuae, qua gentes omnes ſuperarunt, laude illud impunitum relinquere potuerunt, quin potius acerrimis poenis vindicarunt (l). Hodie ſecundum *Nemeſin Carolinam* (m), pro ratione circumſtantiarum, modo grauior, modo leuior poena dictari ſolet. Quoniam autem, vt recte obſeruauit *ICtus*, CLAVDIVS SA-

TVR-

(f) Vid. SALOM. *Prouerb.* c. XI. v. 1. & c. XX. v. 10. MICHA VI. v. 10.

(g) Vid. LEVIT. XIX. 35. ſeq. DEVT. XXV. 13. ſeqq.

(h) Vid. HOTTINGER in *Iure Ebraeor.* Lege CCXXIII. p. 332. ſeq.

(i) V. l. 6. §. 1. ff. de *Extraord. Crim.* l. 32. §. 1. ff. de *Lege Corn. de falſis* & L. 52. §. 22. ff. *de furt.*

(k) Quos recenſet MYLERVS AB EHRENB. in *Metrolog.* c. 12.

(l) Vid. HEINECCII *Elementa Iur. Germ.* L. II. Tit. 27. §. 319. ſeqq.

(m) Art. CXIII.

TVRNINVS(n), *nonnunquam euenit, vt aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur, quoties nimirum multis perſonis graſſantibus exemplo opus ſit;* ita non rectius hac quoque in parte princeps politiam circa commercia ciuium ſuorum adornauerit, quam ſi non ſolum tabernas mercatorias, vinarias, cereuiſiarias, diligenter viſitari, ſed etiam molitores, piſtores, laniones, ſartores item, pannifices, tinctores, omnesque alios opifices, quorum fide omne cum ipſis commercium nititur, vigilibus oculis obſeruari inque fraudis reos ſeuere iuſſerit animaduerti. Neque vero ipſis obſeruatoribus parcendum eſt, qui cum illis colludunt, vel quacunque ratione doli participes deprehenduntur (o).

§. XXXIIII.

DE MERCIVM VITIATORIBVS OBSERVANDIS SEVERIVSQVE PVNIENDIS.

Nec minore vigilantia inueſtigandi ſunt, qui merces ipſas vitiant, vel maiore, ſi quando patefacti fuerint, indul-

(n) In L. 16. §. 10. ff. de *poenis.*

(o) Conferenda hic eſt Sect. VII. c. IV. T. III. *Conſtitut. Elect. Brunſu.* quae conſtitutiones continet, ponderum & menſurarum accurandarum cauſſa promulgatas. Add. Receſſus Gandersh. Art. XXXV. & ex conſtitutionibus Guelpherbytanis D. AVGVSTI WILHELMI *Verordnung wegen eines vollen Haſpels und des Kauff. Garns. de 21. Nov. 1715.*

indulgentia tractandi, quia potius, quin grauius peccant, neque solum proximo ex bonis suis aliquid rapiunt, sed subinde eiusdem sanitati nocent vitaeque periculum adferunt, grauius quoque puniendi sunt. Si quis, sunt verba ZIEGLERI (p), *merces corruperit, vti faciunt, qui piperi puluerem, farinae arenam, vino calcem, butyro seuum miscent, qui aromata loco subterraneo condunt, vt humor pondus augeat, qui pannis vilioribus sigilla falsa adpendunt, qui summa parte sacci vel calathi poma decumana collocant, imo putria & austera, quique alia eiusmodi, qualia sexcenta sunt, committunt, si quis iniqua talia fecerit, stellionatus criminis reus dicitur* (q), quod poena extraordinaria, vti in vulgus notum est, vindicari solet. Immo si quis materiam medicam, aromata (r), quid? quod & vina, cereuisiam aliudue

(p) de I. M. L. I. c. 41. §. 81.

(q) Vid. l. 3. §. I. ff. *stellionat.*

(r) Adparet hinc simul necessitas diligentis inspectionis in officinas pharmacopolarum aeque, ac tabernas aromatopolarum, & frequentis vtrarumque visitationis, cum propter merces, quae ibi praeparantur & venduntur, tum ob pondera & pretia, quibus veneunt. Fusius de his omnibus egit CHRISTIANVS THOMASIVS in Diss. de *Iure circa pharmacopolia ciuitatum*, cap. III. §. 3. sqq. ibique laudatus MICHAELIS de *Ord. visitandi officinas in operibus Med. Chirurg.* p. 623. Add. KLOCKIVS de *Aerario* L. II. c. 15. Formulam iurisiurandi, quo pharmacopoei in his terris adstringi debent, habes T. III. Constit. Elect. c. IV. Sect. 14. N. CLXXIV.

aliudue vel potulentum, vel esculentum ita dolo malo corruperit, vt ex eius vsu mors sequatur, quo casu tale falsum veneficii naturam induere obseruat KRESSIVS (s), vltimum quoque supplicium locum habere posse, cum B. HEINECCIO (t), nulli dubitamus. Sed non percensebimus hic poenas, quibus ius commune eiusmodi falsarios adfici praecipit (u), solum nonnullas adnotasse contenti, quas speciatim in legibus Brunsuicensibus obseruare nobis pronum fuit. Ita qui lini semen, in fraudem societatis mercatoriae Lauenburgensis, cui commercium genuini seminis Rigensis & Libauiensis indultum est, vinumue adustum, mercimonium in his terris vsu valde frequens, falsant, seuerius puniri debent (x). De corruptoribus cere-

(s) In *Comment.* ad. C. C. Artic. CXXX. §. 5.

(t) l. c. §. 325. not. (*)

(u) Vid. C. C. Art. CXIII. & KRESSIVS ad hunc. art. §.11.

(x) Conf. *Const. Elect. Brunsu.* T. III. c. IV. Sect 9. N. CXXXI. Edictum *Wegen Bestraffung dererienigen, welche den Säe-Lein-Saamen verfälschen, vom 10. Dec. 1736.* vbi ita sancitum est: *I.) Daß sich die Schiffer und Fuhrleute der Anbohrung oder Verfälschung derer Lein-Saamen-Tonnen und allen andern Unterschleiffs, bey Straffe der Vestungs Arbeit, gäntzlich enthalten sollen &c. II.) Daß sich bey gleicher Straffe niemand gelüsten lassen solle, die unter unserer Vergünstigung durch die Handlungs-Compagnie (zu Lauenburg) mit dem Lüneburgischen Pferd bezeichnete Lein-Saamen-Tonnen zu mißbrauchen, oder solches Zeichen, oder die Iahrzahl auf den Tonnen zu verändern. III.) Daß solche Zeichen auf den Lein-Saamen-Ton-*

cereuisiae mentionem facit ordinatio sic dicta Licentiae, neque

Tonnen iedesmahl vor Michaelis bey 20. Rthlr. Geld-Busse, davon der 3te Theil dem Denuncianten zu reichen, von denen Lein-Saamen-Händlern mit einem Beil oder Schneide Messer abgehauen werden soll; und endlich IV.) daß sich niemand, bey Straffe des Karrenschiebens und der Landes-Verweisung, unterstehen solle, den von der Compagnie empfangenen, oder sonst angeschafften Lein-Saamen zu vermischen, oder zu verfälschen, oder für ein anderes Gewächse, als er ist, auszugeben, noch auch überiährige Saat für einiährige zu verkauffen, noch sonst untüchtigen Lein-Saamen zur Aussaat an unsere Unterthanen zu verhandeln. Extat ibidem N. CCCXCII. Edictum *von Bestraffung des Brandewein-Gesöffs, auch Verfälschung des Brandeweins von 5. Dec. 1736.* in quo inter alia pag. 1045. sic disponitur: *4.) Soll auch dem Vernehmen nach mit Verfälsch- und Verstärckung des Brandteweins durch Pfeffer oder andere starcke Sachen von gewinnsüchtigen Leuten, damit sie durch einen wohlfeilen Preiß viele Abkäuffer an sich ziehen, mancherley leichtfertiger Betrug geschehen, wodurch dieienige, die solchen verdorbenen Brandtewein geniessen, um die Gesundheit und Gebrauch ihrer Vernunfft noch mehr gebracht werden. Damit iedoch diesem Unternehmen gesteuret werde, so soll ein ieder, der einer solchen und dergleichen Verfälschung überführet werden kan, mit 50. Rthl. welche halb dem, der die Anmeldung davon gethan, unter Verschweigung seines Nahmens, halb aber der Obrigkeit ieden Orts gereicht werden sollen, unabbittlich bestraffet, und überdem dem Contrauenienten respectiue das Brandteweinbrennen und Schencken gäntzlich verbothen, auch der verfälschete Brandtewein vor seinem Hauß öffentlich ausgegossen werden.* Pertinet quoque huc ob eandem falsi suspicionem, publicatum Edictum, sub N. CLXXII. s. *Ausschreiben Konigl. Regierung, wodurch das Umbertragen der Medicamente, gebrannten und destillirten Wasser, Spirituum und anderer Compositorum, auch Veneno-*

rum

neque ſolum poenam promeritam illis minatur, ſed etiam modum fraudem detegendi praeſcribit (y). Neque intactam hic relinquere poſſumus grauem animaduerſionem, qua cereuiſiae & vini vitiatores aeque, ac lagenis, ampulliſue falſatis vtentes, coerceri voluit D. Rex Boruſſiae, FRIDERICVS WILHELMVS, peculiari conſtitutione anno MDCCXXII. promulgata, quam B. DE LVDEWIG ampliori commentario illuſtrauit (z).

§. XXXIV.

DE MERCIBVS VITIOSIS ET CONTAGIOSIS ARCENDIS.

De rebus promercalibus, vitio ſiue ingenito, ſiue poſtea

rorum verbothen wird, vom 15ten Maii, 1718. Mandata vero, quae ad commercium lanae pertinent eiusque munditiem venditoribus inculcant, vid. ibidem Sect. 20. N. CCCLXV. ſqq.

(y) T. IV. *Conſt. Elect. Brunſuic.* c. VII. Sect. 2. N. II. §. XII. p. 23. vbi ſic diſpoſitum legimus: *Und weil die Krüger das Bier vielfältig verfälſchen, haben die Obrigkeiten dahin zu ſehen, daß ſolches auf alle Weiſe verhütet, daneben den Brauern iniungiret werde, von ihren Bier oder Breyhahn, ſelbſt einige Fäſſer zu verſellen, damit die Krüger aus Gegeneinanderhaltung des Biers, bey den Brauern und des ihrigen, welches ſie von demſelben Brauer empfangen, der Verfälſchung deſto eher überführet und beſtrafet werden können.*

(z) *In den gelehrten Anzeigen* Halae 1743. iunctim editis N. CXLVI. p. 504.

336

postea contracto, affectis, iam vberius agere nihil attinet, quum in edictum aedilitium commentari nobis non sit constitutum. Hoc tantummodo hic non possumus non monere, exigere omnino communem reipublicae salutem, vt caueatur quouis modo, ne merces vitiosae venum exponantur, ex quibus praesertim contagia metuenda sunt, quae adflatu suo nocere & latius serpere solent, adeoque sine litteris commeatus plane admitti non debent (a). Quare ad arcendam a terris Brunsuicensis tum electoratus, tum ducatus, contagiosam pestem, qua nuper admodum in multis Germaniae prouinciis bucerum pecus correptum fuit, sub seuerissimis comminationibus commercium tam periculosum arctissimis limitibus circumscriptum & ad certas cautelas restrictum, simul etiam ad auertendam inopiam carnis bouinae omnem vitulorum venditionem extra has prouincias, sub graui poena corporis afflictiua, prohibitam esse, ex reiteratis constitutionibus passim obuiis videre licet, quibus nuperrime occasione nundinarum Brunsuicensium, ex condicto inter Illustrissimum Regimen Hannoueranum & Guelpherbytanum, accessit edictum de non admittendis peregrinis bouibus, rigorose in confinio examinandis aduenis repellendisque omnibus, qui non testimoniis fide dignis muniti accedant.

§. XXXV.

(a) Vid. Tom. III. *Const. Elect. Brunsu.* c. IV. p. 759. seqq & 799.

§. XXXV.

DE PROHIBITIONE MONOPOLIORVM.

Aſt de duabus illis commerciorum peſtibus, quas iam ſupra attigimus, monopolio nempe & propolio, vel tribus adhuc verbis agendum eſt. Vtrumque commercia valde interturbare, atque annonae imprimis flagellandae maxime inſeruire, haud difficile eſt intellectu. Quemadmodum enim ad minuenda rerum pretia multum facit earum abundantia; ita e contrario earundem inopia & raritas, quam plerumque monopolae & propolae inducunt, nihil aliud efficere ſolet, quam vt pretia intendantur. Vtrique igitur malo mature obicem ponendum eſſe, legibus hanc in rem promulgandis, nemo non videt. Intelligitur vero per monopolium, ſ. ſoliuenditionem, ſi ita vocare licet, commercium, ſ. poteſtas emendi iterumque vendendi permutandique merces, quae a paucis, vel vno etiam exercetur, reliquis ciuibus excluſis. Quaeſtuoſam eiusmodi negotiationem ſolitariam maxime eſſe, iam ARISTOTELES innuit (b), dum dixit: *Eſt vniuerſalis haec via quaerendi rem, ſi quis voluerit poteſtatem conſequi, vt ſolus quid vendat.* Quanta vero iniquitas ſub illa lateat, vel inde adparet, quod monopolae merces, quas, ceteris excluſis,

(b) I. *Polit.* c. I.

33 ⊢

clufis, coemunt, fibique folis vindicant, tanto maiori iniuftiorique pretio, adeoque cum aliorum damno, plerumque vendunt. Quare paffim videas, illos valde perftringi (c). Neque tamen omnia monopolia fine difcrimine damnanda, fed inter licita & illicita diftinguendum effe, agnofcunt, quotquot, ad illa propius cognofcenda & vberius excutienda animum adpulerunt (d). Egregie hac de re mentem fuam explicat GROTIVS (e) his verbis: *Monopolia non omnia cum iure naturae pugnant, nam poffunt interdum a fumma poteftate permitti, iufta de cauffa & pretio conftituto: cuius rei exemplum nobis illuftre praebet Iofephi hiftoria, cum is vice regia Aegypto praeeffet. Sic & fub Romanis Alexandrini Indicarum & Aethiopicarum mercium habebant, vt* STRABO *loquitur* μηνοπωλειαν. *Poteft & a priuatis inftitui aequo duntaxat compendio. At qui, vt in velabro olearii, de compacto id agunt, vt rès fupra pretium id quod fummum nunc eft in communi pretio vendantur, aut vi, aut fraude impediunt, ne maior copia importetur, aut ideo merces coemunt, vt vendant pretio, quod tempore venditionis iniquum fit, iniuriam faciunt, atque eam reparare tenen-*

(c) Vid. TIBER. DECIANVS in *Tract. crim.* L. VII. c. 21. HERM. LATHERVS de *cenfu* L. III. c. 14.

(d) Vid. MARQVARDVS de *Iure Mercat.* L. IV. c. 6. AHASV. FRITSCHIVS, GE. WERNERVS, NIC. THILENIVS aliique plures de *monopoliis.*

(e) De I. B. & P. L. II. c. 12. §. 16.

tenentur. Et quamquam OSIANDER ad hunc locum GROTIVM, propter adlatum Iosephi, quem LVTHERVS iam a monopolii vitio liberauit (f), exemplum reprehendat; ipse tamen, monopolia male quidem audire plerumque, sed non simpliciter contraria esse iuri naturali, fatetur. Interim illis abolendis restringendisue admodum intentos fuisse legislatores ciuiles, ex variis constitutionibus adparet, quas tum in Iure Romano (g), tum inter leges imperii Romano-Germanici deprehendimus (h). Illas

(f) in Tract. *vom Kauff-Handel* Tom. II. opp.

(g) Vid. l. vn. C. de *Monopol.*

(h) Vid. *R. I. Augustanus* de a. 1500. Tit. *von wucherlichen Contracten, Monopolien, Gewerben, auch Kauffleuten* *R. I. Colon.* d. 1712. §. 12. *Rec. Norimb.* d. an. 1524. § 27. *Spirens.* d. 1526. §. 26. & d. an. 1529. §. 34. *August.* de 1530. §. 135 seqq. imprimis *Reform. polit. August.* d. 1548. & *Francof.* d. 1577. Tit. 18. *die Monopolia, schädlichen auf- und Fürkauff betreffend.* Quas prohibitiones monopoliorum in omnibus etiam Capitulationibus Caesareis inde a Carolo V. vsque ad hodiernum Imperatorem repetitas inuenies. Verba Capitulationis nouissimae Art. VII. §. 3. & 4. haec sunt: §. 3. *Dagegen aber die grosse Gesellschafften u. Kauff-Gewerbs-Leute und andere, so bishero mit ihrem Geld regieret, ihres Willens gehandelt, und mit Wucher und unzuläßigem Vorkauff und Monopolien viele Ungeschicklichkeiten dem Reich und dessen Inwohnern und Unterthanen mercklichen Schaden, Nachtheil und Beschwerung zugefügt, und noch täglich einführen und gebähren thun, mit der Churfürsten, Fürsten und anderer Stände Rath, immassen wir deme zu begegnen hiebevor auch bedacht und vorgenommen, aber nicht vollstrecket worden, gar abthun.* § 4. *Keinesvveges auch iemanden*

las tamen prohibitiones omnes de iis tantum monopoliis intelligendas esse, quae per totam Germaniam sese exserunt, neque adeo stringere principes, intra territoriorum ac prouinciarum suarum limites, ex iusta ratione iustoque modo, citra imperii detrimentum, vel ipsos monopolia exercentes, vel eiusmodi priuilegia concedentes aliis, rerum magistra experientia docet. Ita non modo salis, cuius vendendi arbitrium iam olim apud Romanos priuatis ademtum fuit (i), venditionem sibi passim vindicant principes, sed etiam aliarum mercium monopolia instituunt (k). Quando vero & sub quibus conditionibus ea permittenda sint, altioris indaginis quaestio est, quam vt hic pro merito excuti queat (l). Tres plerumque huiuscemodi concessionum caussas indicare solent, qui hoc argumentum pertractarunt, scil. necessitatem, vtilitatem & aequitatem (m), quarum tamen quaelibet iterum longiori

den einige Privilegia auf Monopolia, es geschehe solches bey Kauff-Handel, Manufacturen, Künsten, und anderen in das Policey-Wesen einlauffenden Sachen, oder wie es sonsten Nahmen haben möge, ertheilen, sondern, da dergleichen erhalten, dieselbe als denen Reichs-Satzungen zuwieder, abthun und aufheben.

(i) Vid. LIVIVS L. II. cap. 9. & conf. l. 11. C. de *Vectigal.*

(k) Conf. THILENIVS in Diss. de *Monopoliis.* Th. 10.

(l) Ex instituto illam ventilauit GOTTH. SCHVTZ in *probl. polit. an monopolia in repub. sint toleranda?* Witeb. 1701.

(m) Vid. FRITSCH. de *Monop.* c. X. WERNERVS de *Monopoliis*, §. 27.

giori disquisitione opus habet. Ad vltimam plerumque referunt priuilegia monopoliorum, bibliopolis & typographis ad sumtus, quos libris excudendis impendunt, eo facilius recuperandos, rerumque nouarum reipubl. vtilium inuentoribus indulgeri solita (n). Vbique tamen circumspecte agendum, & quicunque priuilegium tale impetrat, adstringendus erit, ne ex alienis dispendiis vnice quaestum suum quaerat, sed iusto pretio suas res vendat (o). Satius vero semper est adparentem aliquam & praesentem vtilitatem ab initio statim respuere, quam post vulneratam reipubl. caussam remedium quaerere. His in terris monopolia parcius concedi, ac difficulter obtineri, concessa pro re nata restringi, immo tolli penitus, ex constitutionibus prouincialibus adparet (p). Neque aliae artes frau-

desue

(n) Vid. SCIACCIA Tr. de *Commerc.* Quaest 7. p. 3. *limit.* 10. MEV. P. III. D. 70. ZIEGLER de I. M. L. I. c. 47. § 3.

(o) Vid. ZIEGLERVS l. c. ibique laudatus GROTIVS de I. B. & P. L. II. c. 12. n. 16.

(p) Vid. *Recess. Salzthal.* §. 39. & D. CHRISTIANI *Policey-Ordn.* Tit. XIX. §. 3. conf. *Const. El. Br.* Tom. III. cap. IV. N. XXXIX. *Patent von Begnadigung dererienigen, welche in Städten oder Flecken wüst gelegene Stellen bebauen, oder Commercia und Manufacturen etabliren &c.* de $\frac{1}{12}$ Iul. 1718. §. VII. & VIII. N. CXX. *Patent wegen Aufhebung des Eisen-Monopolii de 31. Mart. 1728.* Add. Edictum *den freyen Handel des Knaster-Tobackes betr. d. 15. Iul. 1732. & die dem Bürger zu Walsrode, Ioh. Schrödern, concedirte Tobacks-Fabrique betreffend de 28. Mart. 1734.*

desue aut conuentiones clancularíae mercatorum vel opificum lucri cupidorum tolerantur, quae ad rerum pretia quocunque modo praeter necessitatem augenda tendunt (q).

§. XXXVI.

DE PROPOLIIS VETANDIS.

Non maiorem merentur fauorem, quin potius maiore adhuc cura coercendi sunt propolae, seu praeemtores, qui, dum cuiuscunque generis merces, ad victum humanum necessarias, animo carius vendendi & lucrandi, aliis, tan-

(q) Testimonio inter alia hic esse potest ex statutis mercatorum Gottingens. d. XXV. Oct. 1734. regia auctoritate firmatis & iam commodum nobis amica manu oblatis, vulgo *Kauffmanns Gilde-Brieff*, Articulus XI. *Auch sollen von denen Kauffmanns-Gilde-Brüdern, wegen des Preises der Waaren keine eigenmächtige Complots, oder Verabredungen gemachet werden, gestalt wir dann allen und ieden, welche Handlung treiben, ernstlich gebieten, daß sie sich nicht weiter gelüsten lassen sollen, dergleichen unziemliche Vereinbahrungen zu machen, oder weniger, wann bey ihnen wegen des Preises der Waaren nachgefraget, und der Handel nicht geschlossen wird, es im Amt oder andern ihren Genossen ansagen zu lassen, wie viel sie gefodert, mit der Bedeutung, dafern ein oder ander hiewieder handeln würde, derselbe alsdann, daß er aus dem Amt gestossen, auch überdem, dem Befinden nach, mit empfindlicher Geld-Straffe angesehen werde, ohnausbleiblich gewärtig seyn soll.* Quae dispositio plane consona est Edicto de an. 1710. quod reperitur cit. T. III. *Const. prou.* N. VIII. & Concluso imperii Ratisb. de an. 1731. Artic. XIII. §. 5.

tanquam vultures rapaces, praeripiunt, annonam vexant, indeque annonariorum, venalitiorum, ſeplaſiariorum, pantametabolarum, foeneratorum, Dardanariorum aliisque pro diuerſitate mercium,quas emunt venduntque,nominibus (r) variis & parum honorificis, vocari ſolent (s). Non vero hic repetemus leges vel Romanas, vel Germanicas, conſtitutiones imperii praeſertim, quibus propolia aeque, ac monopolia, vetita ſunt, ſed prouidentiam ſolummodo legislatorum Brunſuicenſium, nunquam ſatis praedicandam, hac quoque in parte commemorabimus, qua indomitam flagellatorum annonae licentiam refrenaturi & frumenti, & lini, & reliquarum rerum ad vitae humanae neceſſitatem, cibum & potum imprimis, pertinentium, praeemtiones, ſub poena, praeter confiſcationem rei, ſic praeemtae, pecuniaria, carceris, & pro grauitate circumſtantiarum, ſi res venales venditoribus praeter voluntatem extorſerint, etiam grauiori prohibuerunt (t), conſtitutis quo-

(r) Vulgo *Vorkauffer, Aufkauffer, Korn- und Wein-Iuden, Stadt-Wolffe.*

(s) Vid. AHASV. FRITSCH. de *Monopoliis* c. IX. n. 17. HERING. de *Molend.* Mantiſſ. 3. STRYK. in Diſſ. de *Annona*, item de *Dardanar.* IOH. BRVNNEMANN in Tr. Iurid. de *Dardanariis* ad l. *annonariam 6. ff. de extraordinar. crim.* & MICH. GRASS. de *Propolio iuſte prohibito.*

(t) Agit tota cap. IV. Sectio II. T. III. *Conſt. Elect. Brunſu. von den Auf- und Vorkäufferen*, vbi re-

340

quoque certis obſeruatoribus transgreſſorum (u); ſicuti nuper etiam tritici caritati ex vino aduſto metuendae obuiam itum eſt (x).

§. XXXVII.

reperitur N. XXIV. Edictum *daß in denen Wochen-Marckt-Tagen niemand, bey Vermeydung schwerer Straffe, sich unterstehen solle vor 12 Uhr ausserhalb den Marckt-Plätzen, so wenig vor und in den Thoren, als weniger in den Gassen, von Victualien, welche von aussen her zum Marckt gebracht werden, etwas zu kauffen. d 16. Sept. 1704.* Quod cum vrbem Hannoueram ſolummodo reſpiceret, deinde d. 14. Septembr. 1712. ad omnes principatuum Calenb. & Grubenh. ciuitates extenſum fuit, vti N. XXVI. indicat. Sequuntur plura edicta contra propolium annonae, cremiorum, frumenti aliarumque rerum, ad victum ſpectantium, ad quorum praeſcriptum quoque propolis in hac vrbe limites poſiti per ordinationem **nundinalem**, *Marckt-Ordnung*, cap. II. p. 2. ſeqq. Paſſim quoque in terris Guelpherbyt. Dardanariis & venalitiariis eiusmodi frenum iniectum eſſe videmus. teſte priuilegio *der Heinrichſtadt* cap. 24. & *Receſſu Salzthal.* Art. 44.

(u) Vid. *Conſt. elect.* l.c. N. XXVII. *Ausschreiben der Churf. Regierung wegen Bestellung gewisser Patrouillanten, welche auf den Auf- und Vorkauff acht haben sollen, d. 4. Iun. 1714.* iunctis N. XXVIII. & XXX.

(x) Prodiit d. 23. Dec. 1745. Hannouerae *Verboth des Brandtewein-brennens von Waitzen.*

§. XXXVII.

DE CVRA PRINCIPIS CIRCA CONSERVANDAM INTER COMMERCANTES BONAM ET PVNIENDAM MALAM FIDEM VBI SIMVL DE RIGORE IVRIS CAMBIALIS ET POENIS DECOCTORVM AGITVR.

Inter illa vero, quae commerciorum florem mirifice impediunt, obſtacula nullum certe maius eſt, quam mala fides, quae ſicut omnibus vitae ciuilis negotiis, ita commerciis quam maxime aduerſatur, quum e contrario bona fides, id eſt, vt CICERO definit (y), *dictorum conuentorumque conſtantia & veritas*, fundamentum vti iuſtitiae, ita commerciorum, iure meritoque dicatur. Nihil certe, vt recte iudicat VLPIANVS (z), magis congruum eſt fidei humanae, quam ea, quae inter paciſcentes, ſiue mercatores, ſiue alios quoscunque, placuerunt, ſeruare; nihil contra magis repugnat aequitati naturali & vtilitati reipublicae, nihilque, ex vnanimi moratiorum gentium conſenſu, turpius eſt, quam fidem datam fallere vel non ſoluere, quod quis debet. Quo igitur pluris intereſt, vt vbique inter commercantes regnet bona fides, eo maiori cura in id incumbere debent, qui reipublicae habenas tenent,

(y) De *Officiis* Lib. I. C. VII. §. 5. (z) In l. 1. ff de *pactis*.

nent, vt ea in omnibus contractibus & commerciorum generibus seruetur. Variis in regionibus eum in finem introductum est ius cambiale, quod, quum paratissimam executionem aduersus debitores praebeat creditoribus, mirum in modum firmissimam illam commerciorum basin, fidem puto, suffulcit; praesertim si exceptiones, quibus alias se tueri solent morosi debitores debitricesue, simul praescindantur (a). Nec minus salutares sunt constitutiones(b), quae pro tuenda fide publica & priuata grauiores poenas & vltimum adeo supplicium in fraudulentos, vel culposos eti-

(a) Sic vsus fori Brunsuicensis non fert exceptionem SCti Velleiani, vbi vxor siue mercatrix, siue alia, cum marito sese cambialiter obligauit, sicuti etiam ipsa ordinatio cambialis a D. AVGVSTO WILHELMO, Duce Br. an. 1715. publicata, quam cum aliis Celeb. SIEGELIVS in *Corpore Iuris camb.* p. 247. seqq. exhibet, intuitu praelationis creditorum cambialium ante alios chirographarios, singulare quid disponit Artic. LIV.

(b) Vid. *ordinat. polit.* siue R. I. de an. 1548. & 1577. Tit. *von den verdorbenen Kauffleuten* & conf. *Verordnung wider die muthwillige Banqueroutier* de an. 1726. T. I. Const. Elect. Br. N. CXXI. Antiquam fidei Germ. sanctimoniam sapit statutum Ciuit. Luneb. quod P. II. Tit. 2. fidem fallentibus poenam capitis minatur his verbis: *Wer dem andern Gut abkaufft und dasselbe in seine Gewalt nimmt, ziehet aber dieblich hinweg und bezahlet nicht, das tritt in seinen selbst Halß, es sey dann, daß er solche Noth beweisen möge, die ihm behülfflich sey.*

etiam decoctores ſtatuunt, qui, verbis hic vtor B. HEINECCII (c), *vbi creditores turpiter emunxerunt pecunia, foro cedunt, rebusque conuaſatis locum quaerunt, vbi vel genio alieno ſumtu indulgeant, vel extra teli iactum conſtituti, creditores ad iniquiſſimam tranſactionem compellant.* Sed valde quoque & debitoribus & creditoribus proſunt edicta prohibitoria, ne certo hominum generi de pretio rerum venditarum emtarumque vltra determinatam quandam ſummam fides habeatur (d).

§. XXXVIII.

DE IVVANDIS PER MORATORIA DEBITORIBVS FORTVNAE INIVRIA OBAERATIS.

Quo vero vehementiori odio digni ſunt doloſi bancoruptores, vt vulgo vocantur; eo magis miſeranda eſt ſors eorum, qui, citra ſuam culpam, triſte fortunarum ſua-

(c) In Diſſ. de *Mercatorum, qui foro ceſſerunt, rationibus & codicibus*, quae in *Sylloge opuſculorum variorum* extat N. XIV. §. 5.

(d) Ita creditoribus fidem vel gregariis militibus, vel eorum etiam praefectis de rerum, ad luxuriam ſpectantium, pretio habentibus, omne iudicis auxilium denegatur per Edictum de 27. Nou. 1736. T. III. *Conſt. El. Br.* c. III. Sect. I. N. XX De ſimili Edicto, quod in caſtris Muſarum militantes reſpicit, infra Sect. vlt. Sic quoque variae prohibitiones extant, ne caupones ruſticis vltra certum modum cereuiſiam credant.

ſuarum naufragium fecerunt, & caſibus fortuitis ad paupertatem fuerunt redacti. Quare leges non ſolum illis flebile ſatis ceſſionis bonorum beneficium indulgent, ſed etiam iudices ſe mitiores erga ipſos praebent. Immo quoniam creditores ſaepius tam iniqui ſunt & inhumani, vt nullam plane infortunii rationem habeant, nec vllum ipſis reſpirandi ſpatium relinquant, ſed, citra omnem dilationem, ſi dies ſolutionis venerit, debitum exigant, non in bona tantum, ſed in ipſa etiam debitorum corpora, ſi liceret, ſaeuituri; huic ipſi exactorum inhumanitati acerborum, aequitatis ratione ſuadente, occurrendum, moraque concedenda eſt debitoribus, nulla ſua culpa facultatibus lapſis, donec ad meliorem fortunam peruenerint, pecuniasque ſolutioni ſufficientes ſibi compararint. Fieri hoc ſolet gratioſis illis reſcriptis, tum ab Imperatore, vi Reſeruatorum, per omnem Germaniam (e), tum a ſtatibus imperii per territoriorum ſuorum ambitum (f) impertiri ſolitis, quae hinc litterae induciales, & induciae moratoriae, ſeu

(e) Vid. TEXTOR in *Iure publ. Caeſ.* Tit. XII. n. 604. ſeq. TITIVS in *Specim. Iur. publ.* Lib. V. c. 3. § 49. PFEFFINGER in *Vitriar. ill.* L. III. Tit. 2. §. 29. ſeqq. MASCOVIVS in *Principiis iur. publ.* Lib. V. c. 9. §. 8.

(f) Vid. MYLERVS AB EHRENBACH de *Statibus Imp.* P. II. c. 55. §. 4. ſqq. SCHWEDER *Introd. Iur. publ.* part. ſpec. Sect. I. c. 17. §. 3. Add. FREVDENBERG de *Reſcriptis morator.* concl. 12.

ſeu dilatoriae vocari ſolent, quia ſcil. moram aliquam debitori conciliant, atque exactionem creditoris differunt. Quae dilatio quoniam ad quinque annos (g) plerumque conceditur, etiam induciarum quinquennalium nomine venit, vnde quoque litterae reſpirationis, ſalui conductus & ſecuritatis, vulgo *Anſtands - Brieffe* (h) itemque *eiſerne Brieffe* (i) adpellantur, quod veluti, vt hanc vltimam adpellationem explicant ZIEGLERVS (k) & MEVIVS (l), ferreum faciant debitorem, & quaſi impenetrabilem, quamdiu moratorio indultu, veluti ferreo pectorali munitus, ſe aduerſus creditorum duras exactiones iudicumque executiones defendere queat (m). Quantamcun-

(g) Poſſe tamen, neceſſitate exigente, hunc terminum & coarctari & extendi, exempla docent. Vid. PFEFFINGER l. c. §. 30. not. e. & 34. & conf. LIMNAEVS in *Iure publ.* L. IV. c. VIII. §. 341.

(h) Vid. PAVL. MATTH. WEHNER in *Obſeru. pract.* h. v.

(i) Vid. VENTVRA DE VALENT. ſ. GE. VALENT. WINTER in *Parthenio litigioſo* L. II. c. 9. n. 22. ibique citatus KOENIG in *Proc. Saxon.* c. II. in addit. Add. SCHROETERI Diſſ. de *Quinquennalibus*, vulgo *eiſernen Brieffen*, Ienae 1667.

(k) De I. M. L. I. cap. 48. §. 2.

(l) In *Diſcuſſ. leuam. inopiae debitor.* c. IV. Sect. 8. n. 1.

(m) Merito hinc eiusmodi Reſcripta inter media incarcerationis euitandae refert Conſult. IOH. GE. ZEITLERVS, in Diſſ. de *Carcere debitorum*, vulgo *vom Schuld-Thurm* §. XLVIII.

cunque vero eiusmodi moratoria rescripta aequitatem spirent; non solum tamen ipsis legibus imperii, sed etiam plurimis constitutionibus prouincialibus ad certas cautelas restricta sunt (n).

§. XXXIX.

DE SVBLEVANDA COMMERCANTIVM INOPIA PECVNIAE PER MONTES PIETATIS.

Quoniam vero multi ad incitas rediguntur grauissimis & immodicis vsuris, quas vel Iudaeis, vel aliis, Christianum quidem nomen profitentibus, sed iniustissimis foeneratoribus, pro aere alieno, quod necessitate coacti contraxerunt, soluere tenentur; nihil ad subleuandos non solum egenos, sed etiam diuites, qui saepius inopinatis rerum casibus aliorum nummis opus habent, commodius, nihil ad compescendam vsurariam prauitatem aptius, nihil ad

(n) Ita Ordinat. polit. de an. 1548. Tit. *von verdorbenen Kauffleuten*, expresse antea magistratus, sub quo domicilium habet debitor obaeratus, testimonium vel alia fide digna documenta requirit, ex quibus de eius infortunio constare possit. Ad eosdem summae necessitatis casus & probationem fortunae aduersae hocce egestatis subsidium restringit supra laudata *Ordinat. camb. Brunsu.* Art LVI. Vid. STRYK. Diss. de *Abusu Rescriptor. morat.* & conf. Perill. BOEHMER in Diss. de *Litteris respirationis earumque validitate & inualiditate.*

ad commerciorum florem promouendum & reipubl. salutem conseruandam vtilius, nihilque adeo ad patris patriae officium explendum conuenientius esse videtur, quam publicum aliquod & perpetuo duraturum aerarium erigere, ex quo, mediante pignore, pro modicis vsuris ciues semper paratam pecuniam mutuo accipere queant. Plures iam insignem eiusmodi aerariorum, quae montes pietatis, vulgo *Ley-Assistenz-Hülffs-Häusser*, item *Lombards* vocari solent, vtilitatem ob oculos posuerunt (o), sed nemo breuius, concinnius atque distinctius, ostendit KLOCKIO, qui sic scribit (p): *Cum omnium intersit, vsum aliquem aeris alieni cuiuis patere promiscuum & commercium eius esse parabile, tam ad negotiandum, quam inopinatis casibus occurrendum, priuatorum vero pecunia, quam superfluam habent, omnibus haud sufficiat, immo voluntas cuiuis mutuandi his non semper adsit, plurimum referre puto, id agi, vt in vrbe vel prouincia ab inexhausto quasi puteo perennis scaturiginis rediuiui cuiuis nummi suppeditentur.* Rationem vero talia aeraria erigendi, administrandi conseruandique multa cum industria, nec minore eruditionis adparatu expendit, potiores-

(o) Vid. RVDOLPH. CHRIST. GOECKEL in Diss. de *Montibus pietatis, von Ley-Häussern, Pfand und Anlehn-Aemtern*, Altorff. 1699. PAVLVS IAC. MARPERGER de *Montibus pietatis, von Ley-Assistentz und Hülfs-Häusseren, Lehn-Banquen und Lombards*, item *in dem Neu eröffneten Handels-Gericht* cap. X:

(p) In Tr. de *Aerario* L. II. c. XX.

tioresque iuris quaeſtiones huc ſpectantes, non ſolum ordinatione Francofurtana, ſed etiam Gottingenſi illuſtrauit Perill. DE SENKENBERG (q), quarum vltima valde accurate concepta & an. MDCCXXXI. d. III. Septembr. auctoritate regia confirmata eſt.

§. XL.

DE PROMTA IVSTITIAE ADMINISTRATIONE IN CAVSSIS MERCATORVM.

Quantum denique reipublicae adeoque & commerciorum interſit, vt imprimis commercantium controuerſiae praecidantur, & celeri ſententia terminentur, ex eorum piis deſideriis facile colligi poteſt, qui de litium diuturnitate in vniuerſum conqueſti, atque de earundem ambagibus recidendis dudum ſolliciti fuerunt (r). Aeterna certe laude digni ſunt legislatores, qui proceſſuum aeternitati reſiſtunt, eorumque exitum quouis modo curant accelerandum. Felici nuper ſucceſſu maximoque & mercatorum & aliorum commodo tentata eſt a Sereniſſimo Duce Brunſuicenſi, CAROLO, earum litium amputatio, quae omnium

(q) In Diſſ. de *Montibus pietatis*, vulgo *von Ley-Häuſſeren*, Gieſſae 1739.

(r) Satis magnum eorum numerum exhibet Ill. PRAESES in Diſſ. de *Poena praecluſionis in concurſibus creditorum*, Sect. I. § I. not. d. & e.

omnium diutissime durare solent, & magno mortalium litigatorum incommodo paene immortales sunt (s). Quemadmo-

(s) Prodiit scil. d. 18. Ian. 1745. Serenissimi *gnädigstes Rescript an den Stadt-Rath zu Braunschweig, Inhalts dessen alle ietz vorhandene Concurs-Processe mittelst einer eigenen niedergesetzten Commission auf einmahl aufgehoben werden*, quod integrum exhibetur *in den Braunschweigischen Anzeigen* N. 12. & cuius potiora momenta hic adiicere non dubitamus: *Zu einer der ersten Vorwürffe der nur gedachten Verbesserung, haben Wir nach Her- und Fest-Stellung premter Iustitz über Wechsel- und Kauffmanns-Schulden, die Concurs-Sachen bestimmet, da die Seele der menschlichen Gesellschafft, Treu und Glauben in Handel und Wandel, den grösten Schaden dadurch leidet, wenn die Unachtsamkeit und Boßheit der Schuldner, oder auch das ihnen ohne ihr zuthun begegnete Unglück die Gläubiger in solche Ungewißheit und Weitläufftigkeit setzet, daß selbst Rechtsverständige den Concurs Proceß mit einem Labyrinth vergleichen, und ieder Gläubiger doppelte Ursach findet, bey allen Verkehr furchtsam und ausser den etwanigen Verlust vor gedachte Umschweiffe besorget zu seyn. Damit nun demnächst vorkommende Concurse, deren Abwendung Wir wünschen, desto besser nach der zu publicirenden Verordnung eingeleitet und abgethan, und gleichformige Verfahren in allen dergleichen Sachen beobachtet werden mögen, so wollen Wir, daß die ietzt vorhandene und nach der bisherigen Verfassung eingerichtete Concurs-Processe aufgehoben, die darin verwickelte Creditores aber per modum Commissionis gehöret, und zu dem ihrigen, so weit es thunlich, verhelffen werden ---- Wir ohnverhalten euch hiebey, daß mehr erwehnete Commission, an den euch vorgeschriebenen Proceß nicht gebunden, auch wenn bey den Aussprüchen iemand graviret zu seyn vermeynet, solches ebenmässig durch eine bey unserer Iustitz-Cantzeley niedergesetzte Commission ohne processualisches Ver-*

admodum vero in mercatorum contractibus ſemper magis ad bonam fidem, quam ad apices iuris, reſpiciendum eſt: ita etiam in cauſſis eorum cognoſcendis decidendisque ſine omnibus ambagibus de ſimplici & plano procedi debet. Imprimis lites extraneorum mercatorum, ne ipſi iuſto longius diſtineantur, diutiusque iter ſuum differre cogantur, quam fieri poteſt breuiſſime, tractandae promtiſſimeque ſunt expediendae (t). Quod iam olim in Graecia nautodicarum (u), & Romae praetoris peregrini officium fuit (x), Germanis quoque nomine *des Gaſt-Rechts* notum, ſecundum quod in maritimis praecipue ciuitatibus, hoſpiti contra ciuem & vice verſa, breuiſſimis praefixis terminis, plerumque ad ſummum trium dierum, *von dreyen Tagen zu dreyen Tagen*, nonnunquam de die in diem, *von einem Sonnen-Schein biſs zum anderen*, ius reddendum, nec ſententiae executio vlterius ſuspendenda eſt (y). Optimo igitur conſi-

Verfahren, iedoch hinlänglich und gründlich unterſuchet und entſchieden vverden ſoll &c.

(t) Conf. MOLLER de *Iudicio ſummario peregrin.* & SCHMIDIVS de *Modo procedendi circa peregrinos.*

(u) Quorum mentionem facit Ill. MASCOVIVS in Diſſ. de *Foeder. Commerc.* §. XI. qui etiam §. XII. de conſulibus mercatorum eorumque iurisdictione pluribus eruditiſſime egit.

(x) Vid. conſult. MYLIVS de *Praetore peregrino.*

(y) Conf. MEVIVS ad Ius Lub. Lib. V. p. 282. & Lib. III. pag. 8. & SCHOTTELIVS de

consilio passim in vrbibus, vbi commercia florent, peculiaria iudicia ex mercatoribus & iuris peritis mixta constituta sunt ad controuersias, inter commercantes ortas, sine longo circuitu componendas dirimendasque (z).

de *singular. quibusdam in Germ. Iuribus*, cap. XV. *vom Gast-Recht*. Inter antiquissimas leges municipales Cellenses, quas ex LEIBNITII *Scriptor. Brunsu.* T. III. p. 483. exhibet Illustr. BILDERBECKIVS *in der kurtzgefaßten Nachricht von der Stadt Zelle Ursprung, deren alten Legibus &c.* Sect. II. §. 2. lex 35. huius est sententiae: *Swat en man eime gaste ghelden scal, kumpt es ver gerichte, he scal eme ghelden hude unde morgen*: quam etiam Vir Ill. FRID. ESAIAS PVFENDORFFIVS in Appendice *ad Obseruationes iuris vniuersi* N. III. adfert ad similis fere tenoris Statutum Verdense 51 not. * p 95. vbi simul prouocat ad consensum Legum municip. Brunsuic. P. I. Art. 49.

(z) Celebre est iudicium admiralitatis Hamburgense, quod celeberrimi nominis vir, WERLHOFFIVS, peculiari dissertatione illustrauit, *das Kauff und Handels-Gerichte zu Leipzig, das Kauff-Gerichte zu Braunschweig*; ne quid de Hansgrauio Ratisponenensi aliisque mercatorum iudicibus dicam. Conf. MARPERGERI *Neu eroffnetes Handels-Gericht*.

S SE-

346

SECTIO III.

DE IVRE PRINCIPIS CIRCA CIVIVM STVDIA DIRIGENDA.

§. I.

STVDIA MODO IN SENSV LATIORI MODO STRICTIORI SVMTA EXPLICANTVR.

Demonſtratis, quantum per ingenii exiguas licuit vires, principum imperii circa commercia iuribus, ad alteram academicae diſſertationis noſtrae partem excutiendam nos accingimus, quid eis circa ciuium ſtudia prudenter dirigenda] ſit iuris, breuiſſime adhuc diſpecturi. Quo vero meliori ratione cognoſci queat ſublime illud principum ius, quod hic explicare conſtituimus, de quibusnam ſtudiis hoc intelligendum ſit, ante omnia videtur eſſe praemonendum. Studii vocabulum ſatis amplum habet ſignificatum, quando ſcilicet omnia vitae genera, quae quis eligere poſſit, denotat. Variis illum veterum ſcriptorum teſtimoniis illuſtrauit B. HEINECCIVS (a), cuius veſti-

(a) In Diſſ. de *Iure principis circa ciuium ſtudia* § III.

veſtigia hic quoque legiſſe haud poenitebit, quamquam non tam ad ſtatus imperii, quam ad principes ſummos generatim, in ipſa tractatione ſua reſpexerit. Ita eo ſenſu ſenex ille Terentianus ſtudiorum vocabulum accipit, dum ait (b):

Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli,
Vt animum ad aliquod STVDIVM *adiungant, aut equos*
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos;
Horum ille nihil egregie praeter cetera
STVDEBAT: *& tamen omnia haec mediocriter.*

Recte igitur ſtudium, ita generatim acceptum, CICERONI (c) audiit *animi aſſidua & vehemens ad aliquam rem adplicata occupatio.* Neque tamen hanc ſtudii definitionem Ciceronianam ad ſolam animi contentionem reſtringendam eſſe, ſed etiam ad corporis agilitatem pertinere, probe modo laudatus HEINECCIVS obſeruauit. Hinc prout eiusmodi corporis animique exercitatio amplioribus arctioribusue incluſa eſt limitibus; ita quoque ipſum, quo illa indicatur, ſtudii vocabulum modo latius patet, modo ſtrictius accipi debet. ICtos veteres veram illam, non ſimulatam philoſophiam, quo nomine iurisprudentiam intelligebant (d), ſtrictiſſime ſtudium Iurisque ſtudioſos

non

(b) TERENT. *Andr.* Act. I. Sc. I. p. 28.

(c) De *Inuent.* L. I. c. 25.

(d) Vid. Illuſtr. PRAESIDIS Pro-

non tirones, & nouitios, ſed veteranos, ipſosque adeo Iuſtitiae ſacerdotes & Iurisconſultos adpellaſſe, non ſolum ex variis legibus (e), ſed etiam ex GELLII *Noctibus Atticis* luculenter adparet (f). Nonnunquam etiam hac adpellatione comprehenduntur omnes artes liberales, quae viam ad humanitatem & ſapientiam pandunt, atque hinc modo litterae humaniores, modo diſciplinae ſtudia vocantur (g). Hoc ſenſu auctor ille hiſtoriae Romanae grauiſſimus, VELLEIVS PATERCVLVS, Caii Octauii filium educatum apud Philippum vitricum a Caio Caeſare maiore eius auunculo, *pacatis bellis ciuilibus ad erudiendum liberalibus diſciplinis ſingularis indolis iuuenem Apolloniam in ſtudia miſſum eſſe*, ſcribit (h). Et profecto qui paulo penitius has artes cognouerit ſemelque delicias earum deguſtarit, illas ſummo ſtudio digniſſimas merito exiſtimabit

Proluſio Acad. de Trutina verae & ſimulatae philoſophiae ICti, vbi hoc argumentum plenius excusſum ſcriptoresque huc pertinentes indicati ſunt.

(e) Vid l. 1. §. 2. ff. de I. & I. & Conf. L. I. ff. de *off. adſeſſ.* l. 9. §. 4. ff. de *poenis* l. 4. ff. de *extraord. cognit.* in quibus omnibus ſtudioſorum iuris nomine ICti, Profeſſores, Adſeſſores & comites iudicum veniunt, vt recte DIONYSIVS GOTHOFREDVS adnotauit.

(f) L. XII. c. 13. §. 2. vbi periti ſtudioſique iuris coniunguntur, quos adhibere in conſilium iudicaturi ſoleant.

(g) Apud QVINTIL. *Inſt. Orat.* L. I. c. 10.

(h) Lib. II. c. 59.

bit. *Haec* enim, vt eleganter os illud Romanum (i) ait, *ſtudia adoleſcentiam alunt, ſeneĉtutem obleĉtant, ſecundas res ornant, aduerſis ſolatium ac perfugium praebent; deleĉtant domi, non impediunt foris, pernoĉtant nobiscum, peregrinantur, ruſticantur.* Neque vero excludendas eſſe a ſtudii notione, reĉte monet HEINECCIVS, illas artes, quas veteres, ab ipſo hinc vapulantes, viles, illiberales & ſordidas dixerunt, quum fabriles & ſellulariae, ab eis huc relatae, nobisque nomine opificiorum venientes, non magis indignae ingenui hominis ſtudio, nec minus vtiles ac neceſſariae ſint reipublicae, quam ſic diĉtae artes liberales, quamuis manu magis, quam ingenio, quod tamen etiam in opificibus non plane ſtupidum eſſe debet, ſoleant exerceri. Dum itaque de cura & iure principis circa ſtudia hic agimus, non ad ſapientiam & litteras vnice illa reſtringimus, ſed etiam ad opificia & quasuis honeſtas artes, vtut vulgares, extendimus, vtraque ſtudia ſupremae eiusdem inſpeĉtioni ſubiicientes, eumque de vtrorumque flore, cultu & incremento, ſi beatam rempublicam, ſi bonos idoneosque ciues habere velit, ſollicitum eſſe debere, haud ſine ratione, vti nobis quidem perſuaſum eſt, ſufficienti ſtatuentes.

§. II.

(i) In *Orat. pro Archia Poeta* cap. VII.

§. II.

REPETITVR PRINCIPIS CIRCA ILLA IVS EX INDOLE SOCIETATIS CIVILIS.

Solet quidem ius, quod principi circa regenda ciuium ſtudia tribuimus, a quibusdam in dubium vocari, & ſeruitutis periculum imprimis vrgeri, ciuibus inde metuendum, ſi non pro ſuo quisque lubitu vitae genus eligere poſſint, ſed ad principis arbitrium ſtudia ſua ſaepe inuita Minerua componere cogantur. Aſt leuioris ponderis argumenta eſſe, quibus huic ſuae ſententiae aliquam ſpeciem conciliare ſtudent, euidentiſſime iam docuit ſupra laudatus HEINECCIVS (k), quare illa hic refellere merito ſuperſedemus, fundamenta potius praecipua, ipſo nobis quoque praeeunte, conſideraturi, quibus hoc principum ius valide ſuperſtrui poteſt. Ipſa nimirum reipublicae, quae ſocietas eſt, natura exigit, vt eaedem ſint omnium, vnam perſonam efficientium, in ciuitate voluntates, ſi omnia rite agi & expediri finisque omnium communis feliciter debeat obtineri. Quum vero inter contraria ciuium ſtudia & inter tot ſenſus, quot ſunt in ciuitate capita, idem ſemper omnium conſenſus idemque diſſenſus ſperari plane non poſſit; nihil aliud ſupereſt, quam vt ciues volunta-

(k) Diſſ. cit. §. IV. & V.

luntates ſuas imperio & voluntati eius, cui rerum ſummam detulerunt, ſubmittant, idem in ciuitate praeſtantis, quod mens in corpore. Quemadmodum adeo mens non modo totum mouet corpus, ſed ſingula etiam eius membra regit: ita quoque princeps non ſolum vniuerſam ciuitatem gubernare, ſed etiam curam ſuam ad ſingulos extendere ciues, prudentique arbitrio ſic eos diſponere debet, vt quilibet in republica illud cum laude agat, ad quod omnium aptiſſimus eſt, & ſuo quisque ingenio viribusque, quibus a natura praeditus eſt, ad veram magni illius corporis, cuius ſe eſſe membrum intelligit, vtilitatem vtatur. Digna ſummo imperante vox eſt, omnibusque tironibus iuris notiſſima: *Imperatoriam maieſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus oportere eſſe armatam, vt vtrumque tempus & bellorum & pacis recte poſſit gubernari.* Hinc adeſſe debent milites, qui patriam defendunt, hoſtemque, ſi opus ſit, vi repellant, adeſſe debent viri rerum ciuilium gnari, quos, rebus ita exigentibus, in conſilium princeps adhibere queat, praeſto eſſe debent Iurisconſulti, ciuium lites diiudicaturi, opus eſt viris integritatis laude non minus, quam prudentiae, conſpicuis, quibus domi aerarium principis ſine periculo, & legationes apud exteros tuto committi poſſint; ſed indiget quoque reſpublica viris idoneis, qui ſacra peragant, docendique munere rite fungantur. Nec magis carere poteſt mercatoribus nautis, agricolis variisque artificibus & opificibus, qui omnes in ſua quis-

quisque ſtatione vere reipublicae proſint. Cum igitur princeps totius reipublicae ſalutem ſibi commendatam habere debeat, ſane curare etiam ipſum oportet, vt ſingula eiusdem membra ſuas functiones recte obeant, atque proſpicere, vt omnium artium ſtudia, per omnem, qua patet, imperii ſui ambitum floreant, & quisque ei ſtudio ſe mancipet, in quo excellere maximeque proximo poſſit inſeruire. Hanc ſingulorum membrorum curam, ſanitati totius corporis politici tam proficuam, citra ſummum reipublicae periculum, non poteſt abiicere princeps, qui contra quo eſt oculatior in perſcrutandis ciuium ſuorum ingeniis, accuratiorque in determinandis eorundem ſtudiis, quo maiorem adeo educationis liberorum curam gerit, tanto florentius ſemper reipublicae ſeminarium habebit (1).

§. III.

ILLVSTRATVR EX DIVERSIS RERVMPVBLICARVM FORMIS.

Deinde ipſae etiam rerumpublicarum formae diuerſae hoc ius hancque curam exigunt. Etenim tantum abeſt, vt vna eademque imperandi ratio gentibus omnibus pla-

(1) Conf. IOH. EBERH. SCHWELING de *iure imperantis circa reip. ſeminarium.*

placeat, vt potius aliae principatum, aliae optimatum imperium, aliae populare regimen ament, itemque aliae mixtam reipublicae formam reliquis omnibus exiſtiment anteferendam. Hinc plurimum ſane intereſt dignoſcere, quaenam ex his formis omnium maxime populi ingenio videatur conuenire. Quaecunque vero arriſerit, ſi feliciter ſuccedere debeat, mature ei ſunt adſuefaciendi ciues itaque inſtituendi, vt regiminis introducti non modo patientes, ſed & amantes, illud optimum iudicent, adeoque non minus, quam ſe ipſos, ſaluum atque incolume eſſe cupiant. Qua vero faciliori via id perficiet princeps, quam ſi ciues a primis pueritiae annis ſtatim iis imbui curet principiis, quae imperii, cui ſubiecti ſunt, formae accommodata ſint, & ſine quibus metuendum eſt, ne facile rebus nouis ſtudeant, obſequiumue imperanti ſubtrahere annitantur?

§. IV.

CORROBORATVR IPSA STVDIORVM RATIONE.

Difficilis denique non ſolum ad Parnaſſum, ſed ad quasuis honeſtas artes atque ſcientias via eſt, quam pauci mortalium ſine duce inueniunt, pauciores inuentam absque aliorum adminiculis feliciter abſoluere queunt. Succurrere igitur ingenio debet inſtitutio, iuuare naturam doctrina. Quamuis enim iam olim faſſus ſit CICERO (m), *multos*

(m) loco paulo ante citato.

multos homines excellenti ingenio ac virtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturae ipſius habitu, prope diuino, per ſe ipſos & moderatos & grauiſſimos exſtitiſſe; quamuis etiam illud adiunxerit, *ſaepius ad laudem atque virtutem naturam ſine doctrina, quam ſine natura, valuiſſe doctrinam;* tamen idem ille rectiſſime contendit, *cum ad naturam eximiam atque illuſtrem acceſſerit ratio quaedam conformatioque doctrinae, tum illud neſcio quid praeclarum & ſingulare ſolere exiſtere.* Sed permulta variaque requiruntur media, ſine quibus optatus hic finis plane obtineri nequit. Niſi enim ſcholae prudenter ordinatae, magiſtri artium excellentes, bibliothecae bene inſtructae, inſtrumentorum aliarumque rerum ad excolenda varii generis ſtudia neceſſariarum adſit adparatus; de illorum incrementis actum eſſe, facile quilibet intelliget. Haec vero ſubſidia quum maximam partem ſine magnis ſumtibus, priuatorum fortunas ſuperantibus, non poſſint comparari: principis ad curam haec omnia redire, nemo, cui ſana mens eſt, negabit.

§. V.

IN QVIBVS CONSISTAT SVCCINCTE EXPLICATVR.

Ex dictis ſimul adparebit, quam late hoc principis ius circa ciuium ſtudia pateat, & quibusnam in rebus ſeſe exſerat. Ad plura capita illas reduxit ſaepe laudatus HEINEC-

NECCIVS (n), quae omnia & ſingula ex cura ſalutis publicae alueo proniſſimo fluunt, atque vltimato ad bonam iuuentutis educationem, quae communi prudentum conſenſu boni imperii principium ſemper habita fuit (o), redeunt, & quorum vnumquodque ampliſſimum nobis diſſerendi campum aperit. Sed ne in nimis grande volumen academica exercitatio, cuius limites iam transgreſſi ſumus, excreſcat, potiſſima ſaltem conſectabimur, hic quoque inſtituti noſtri rationem in eo habituri, vt principes imperii imprimis nobis ante oculos verſentur.

§. VI.

EXSERIT SE IMPRIMIS IN SCHOLIS ET SEMINARIIS CONDENDIS BENEQVE ORDINANDIS.

Principem hic locum haud dubie occupat ius condendi

(n) In Diſſ. cit. §. X ſeqq.

(o) Egregium CICERONIS de *Diuinat.* L. III. effatum eſt: *nullum munus maius meliusue adferre reipublicae poſſumus, quam ſi doceamus atque erudiamus iuuentutem.* Quod plane eſt ad mentem PLATONIS, cuius verba cum Ciceronianis coniungit HERM. CONRINGIVS in Diſſert. ad L. I. *Cod. Theodoſ. de ſtudiis liberalibus vrbis Romae & Conſtantinopolis* §. vlt. Ita vero PHILOSOPHVS Graecus: *Non poteſt de diuiniore negotio homo inſtituere deliberationem, atque de recta pueri iuuenisque inſtitutione, qui bonus patriae ciuis aliquando debet eſſe.*

di Scholas & Academias, ſeminaria illa eruditionis reipublicae vtiliſſima, quod principes imperii vi ſuperioritatis territorialis, indeque fluentis ſupremae inſpectionis in educationem, vitam & mores ciuium ſuorum, libere exercent, eoque ipſo ſapienter prouident, ne deſint patriae, qui muneribus publicis aliquando cum laude praeficiantur. Neque haec ipſorum poteſtas ad triuia ſolum & quadriuia reſtricta eſt, ſed etiam ad altiorum diſciplinarum collegia illuſtria ſeſe extendit, & in fundandis Lyceis, Gymnaſiis, Paedagogiis, & ſic dictis Academiis equeſtribus ſit manifeſta, in quibus, praeter linguas exoticas, variaque corporis exercitia, etiam omnis generis ſcientiae artesque doceri ſolent. Res haec conclamata eſt inter iuris publici auctores, quorum etſi nonnulli magiſtratibus inferioribus, immo etiam priuatis poteſtatem ſcholarum fundandarum dotandarumque attribuant (p); hoc tamen praecipuum ius dominis territorialibus vindicant, vt ſoli illas legibus ac priuilegiis ornare poſſint (q). Qui vero de hac eorum pote-

(p) Vid. LIMNAEVS in I. P. L. VIII. c. I. n. 31. ſeq. ZIEGLERVS de I. M. L. I. c. XXIII. § 3.

(q) Vid. SECKENDORFF *im Teutſchen Fürſten-Staat* P. II. c. 14 § 7. Luculentiſſimum huius rei teſtimonium eſt noua ordinatio ſcholaſtica, a callentiſſimo harum rerum arbitro, Cel. GESNERO, concinnata, & regia auctoritate legis inſtar, in omnibus terrarum electoral. Br. ſcholis ſequendae, promulgata an. 1738. vbi etiam ſeminarii philologici

potestate dubitet, illum tot ludi litterarii & collegia scholastica, per totam Germaniam erecta, facile conuincere poterunt, quae praeter FRID. LVCAM (r) longa serie PFEFFINGERVS (s) enumerauit. Sed neque hic opus est aliena instituta sollicitare, aut exempla e longinquo petere, cum propinquiora nobis adsint. Florent adhuc in his terris, praeter scholas complures, a dominis territorialibus conditas, collegium illustre, a CHRISTIANO LVDOVICO, Duce Brunsu. & Luneb. p. m. an. MDCLV. in Abbatia D. Michaelis Luneburgi fundatum, post anno MDCLX. peculiari diplomate, quod PFEFFINGERVS (t) exhibet, in Academiam equestrem, quo titulo hodienum gaudet, commutatum. Floruit olim Guelpherbyti Academia equestris, a D. ANT. VLRICO an. MDCLXXXVII. in commodum imprimis principum & nobilittatis patriae condita, annoque insequenti confirmata & an. MDCCX. nouis legibus instructa (u). Vigent ad hunc vsque diem Brun-

lologici institutum expositum est, in quo sub eiusdem ductu ii, qui aliquando vel publice, vel priuatim iuuentutem artibus, ad humanitatem ducentibus, erudire felici successu cupiunt, ad docendi munus praeparantur.

(r) *Europ. Helicon*, P. IV. c. 4. & P. V. c. 5.

(s) In *Vitriar. illustr.* Lib. III. Tit. 2. §. 55. in not.

(t) l. c. T. III. p. 229.

(u) Exhibentur a LVNIGIO in R. A. Cont. 2. *4te Abtheil. 4ter Absatz* § 49. & hunc titulum praeferunt: *des Durchl. Fürsten und Herrn, Herrn Anthon Ul-*

352

Brunſuigae duo Gymnaſia celebriora, Catharinianum & Martinianum, nouis nuper in gratiam ſtudioſae iuuentutis claſſibus ſelectis iuſſu Sereniſſimi Ducis, CAROLI, patris patriae longe indulgentiſſimi, auctae. Sed omnem iam laudem ſuperat feraeque poſteritati proderit, ipſius auſpiciis conditum, COLLEGIVM CAROLINVM, quippe quod ſeminarium omni doctrinarum genere inſtructiſſimum, inter Scholas & Academias medium tenere, arctiſſimis inter vtrasque nexibus firmiſſimam compagem ſuperſtruere atque impedire debet, ne amplius rudes & indocti iuuenes, ſed bene praeparati ad altiores Muſarum ſedes accedant, illotisue manibus Mineruae ſacraria ſalutent. Neque nobilibus tantum, ſed etiam ciuici ordinis hominibus illud patet, nec illis ſolum conſecratum eſt, qui nomen aliquando inter litteratos profiteri atque eruditione ſua patriae prodeſſe volunt, ſed etiam iis, qui vel militiae, vel aulae, vel politiae, vel mercaturae, vel ruſticationi & oeconomiae, vel ſtudio rei foreſtalis aut metallicae, vel alii vitae generi artibusue mechanicis ſeſe dicarunt. Quem in finem non ſolum ſelectiſſima bibliotheca, ſed etiam inſignis inſtrumentorum mathematicorum adparatus, variique generis machinarum exempla, ſiue proplaſmata, ad manus erunt. Cura vero huius praeſtantiſſimi reipublicae Seminarii, ex quo

Vlrichs, Hertzogen zu Br. und Lün. bey der errichteten Academie zu Wolffenbüttel publicirte Verord. nung, Leges, Statuta und Privilegia.

quo haud dubie ingens hominum quibusuis muneribus idoneorum copia ſenſim prodibit, commiſſa eſt viris, a quorum eruditione, fide, prudentia & vigilantia, non niſi proſperrimos ſucceſſus ſperare poſſumus (x).

§. VII.

NEC NON CIRCA ACADEMIAS S. VNIVERSITATES ERIGENDAS.

Quod ad illas Academias attinet (y), quae ſtudii generalis, vel vniuerſitatis nomine veniunt, quatuor ſcientiarum altiorum facultatibus, vti loquendi mos eſt, atque omnis ſtudiorum generis magiſtris inſtructae ſunt, nullum eſt dubium, quin & has principes imperii, tam de nouo eri-

(x) Totius inſtituti ratio exponitur in ſcriptis, quae ſuperiori anno prodierunt, ſub tit. *vorläuffige Nachricht von dem Collegio Carolino zu Braunſchweig*, item *kurtzgefaßte Puncte die Aufnahme ins Collegium Carolinum betreffend*, & *Geſetze für diejenige, welche ins Collegium Carolinum aufgenommen werden*. Methodum vero & ordinem ſtudiorum in eo tractandorum, tum inſignium eruditione docentium nomina, indicat catalogus Lectionum nuper editus.

(y) Multiplicem enim huius vocabuli ſignificatum eſſe, tum ex antecedentibus patet, tum ex ſequentibus adparebit. conf. Summe Reuerendus KOECHERVS in Diſſ. de *Vera Academiae notione*, *Parergis Gottingenſibus* inſerta, L. I. N. IX.

erigere, quam Gymnaſia & alia Collegia minora in illas commutare queant (z). Neque opus eſt ad hanc poteſtatem exercendam vel ipſo conſenſu Pontificis, quem iuris pontificii ſcriptores requirunt (a), vel adſcititio aliquo iure epiſcopali, quod nonnulli ex noſtratibus hic quoque ſubſternunt (b), ſed ſola, qua gaudent, ſuperioritas territorialis ſufficit. Quodſi tamen, intuitu praeſertim collationis ſummorum in diſciplinis honorum, auctoritatem ſuam per vniuerſam Germaniam exſerere, atque immunitates & praerogatiuae tum Profeſſorum, tum ſtudioſorum, per imperium totum valere debeant (c), priuilegia Caeſarea impetranda ſunt, quorum conceſſionem ad Reſeruata Imperatoris Auguſti communiter referunt (d), in hiſce omnis

(z) Fruſtra vero eſſe, qui obligationis quoddam vinculum hic ſibi fingunt, ex profeſſo docuit B. TREVERVS, in diſſertatione omnium prima, quae in hac Academia habita eſt, oſtendens, *S. R. I. principes electores nulla lege Imperatoris adſtringi ad Academiam condendam.*

(a) Vid. Abbas Panormit. NICOL. DE TVDISCHIS in cap. *Ex litteris X. de conſtit.* VALENT. ROTMARVS *Annal. Acad. Ingolſt.* P. I. p. 35. AD. CONTZENIVS Polit. L. IV. c. XIII. §. 11. p. 218.

(b) Vid. CARPZOV. *Iuriſpr. Conſiſt.* Lib. I. Tit. I. Def. VIII.

(c) Ita recte temperat ſententiam PFEFFINGER in *Vitr. Illuſtr.* l. c. in fine notarum.

(d) Vid. praeter ITTERVM de *Gradibus Academ.* HENR. COCCEIVS in *Iurispubl. prud.* c. XXIII. §. 25. SCHWEDERVS de *Auguſtiſſ. Imp. Reſeru.* §. 25.

omnis quasi doctrinae & sapientiae mercatibus non minus eminentia, quam in nundinis maioribus condendis. Merito tamen etiam Vicariis imperii ius confirmandi Academias, cum Illustriss. auctore *Fecialis Europaei* (e), Illustrissimus Maecenas, GERLACVS ADOLPHVS DE MVNCHHAVSEN, dudum vindicauit (f) contra LYNKERVM (g), quem nimis hac quoque in parte potestatem proregum Germaniae restrinxisse, GRIBNERVS obseruat (h). Pro exemplo est Academia Rintelensis, cui, ab Ernesto Com. Schaumb. fundatae, Fridericum Electorem Palatinum, Vicarium imperii, auctoritatem tribuisse constat (i). Ad ea vero, quae de potestate cum principum imperii Academias condendi, tum Imperatoris illas priuilegiis muniendi adduximus, corroboranda non opus est

patriae

§ 25. & conf. prae ceteris B. KINCKII Diss. de *Imperatoribus, primis, perpetuis ac solis Academiarum in Germania auctoribus.*

(e) *Europ. Herold* P. I. p. 888.

(f) In Diss. de *Vicariatu Italico*, Ienae 1712. habita & Halae Magd. 1738. typis repetita c. IV. §. 8.

(g) Ad SCHWEDER. *Part. Sp.* Sect. I. c. 6. §. 5.

(h) *Opusc. iur. publ.* T. II. Sect. I. de *Iuribus vicar. imper. quae perperam a nonnullis in dubium vocantur*, §. 33.

(i) Tabulas suppeditant WINKELMANNVS *Chron. Hass.* P IV. c. 7. p 461. & LVNIG *Arch. imper.* P. sp. Cont. II. pag. 934.

354

patriae limites egredi, originesque academicas alibi inuestigare (k), cum luculentissima huius rei exempla praebeat tam Academia Iulia, ex Paedagogio Gandesiensi, quam Georgia Augusta, ex Gymnasio Gottingensi enata. Illi MAXIMILIANVS II. Imp. ea concessit in ipsa institutione priuilegia, quae aliis extra Germaniam quoque Academiis longo temporis tractu contigerunt (l). Iubet enim Diuus Caesar *Doctores huius Iuliae omnibus ac singulis gaudere priuilegiis & vti praerogatiuis & exemtionibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, praeeminentiis, fauoribus atque indultis, quibus caeteri Doctores, in Bononiensi, Senensi, Patauino, Papiensi,*

(k) Scriptores, huic scopo inseruientes, tibi indicat locupletissima Magnifici & summe Reuerendi Viri, CHRISTOPHORI AVG. HEVMANNI, *Bibliotheca Histor. Academica*, HERM. CONRINGII *Antiquitatibus Acad.* ab ipso denuo editis, subiuncta.

(l) Catalogum scriptorum de ortu & progressu Academiae Iuliae, quem Magnificus HEVMANNVS l. c. pag. 81. sistit, augebit, vti ex Diurnis Brunsu. superioris anni N. 4. accepimus, V. C. IOH. NIC. FROBESIVS, haud dubie eruditorum expectationi cumulatissime satisfacturus opere, quod titulum praefert: *Historiae Iuliae eiusdemque monumentorum selectissimorum prodromus, quo dudum susceptum de Professorum Iuliorum vitis ipsiusque Academiae Iuliae fatis, iusto volumini describendis consilium breuiter exponitur. Accedunt commentationes quaedam, ad antiquissimum Helmstadii statum, Academiaeque Iuliae ortum primum spectantes exacta item omnium, qui inde a prima Introductione Academiae Iuliae, ad nostra vsque tempora scriptis & doctrinis suis ipsam illustrarunt, designatio.*

si, Perusiano, Parisiensi ac Lipsiensi & aliis studiis promoti ac insigniti gaudent, & vtuntur de consuetudine vel de iure. Quibus vero Alma Georgia Augusta a D. CAROLO VI. Imperatore ornata sit priuilegiis iuribusque, ante alia eminentibus, quo imprimis comitiua sacri Lateranensis Palatii aulaeque Caes. & imperialis consistorii spectat, ostendit Diploma Caesareum (m), secundum quod *scholastici dignitatem seu gradum aliquem in dicta Vniuersitate adsumturi, vti, frui gaudere & potiri possunt & debent omnibus & quibuscunque gratiis, honoribus, dignitatibus, praeeminentiis, immunitatibus, priuilegiis, franchisiis, concessionibus, fauoribus & indultis, ac aliis quibuslibet, quibus Vniuersitas Heidelbergensis, Tubingensis, Rostochiensis, Iulia Helmstadiensis, Argentoratensis, & Halensis Saxonum, ac alia Studia priuilegiata, & Doctores, Licentiati, Magistri, Baccalaurei, & Scholastici, in supra dictarum Facultatum vna vel altera isthic promoti, aut aliqua dignitate seu gradu insigniti, gaudent, vtuntur, fruuntur & potiuntur, quomodolibet consuetudine vel de iure &c.* Quid vicissim Academiae Imperatoribus & imperio pro tutela & praesidio eius

(m) Exhibetur illud integrum T. I. *Constit. Elect. prou. Br.* c. I. Sect. 7. N. 48. p. 701. item in Appendice ad supra laudatam Celeb. HEVMANNI editionem dissertationum *Conringianarum* de *Antiquit. Acad.* tum etiam in fronte monumentorum, accuratae non minus, quam eleganti Narrationi Gesnerianae de Academiae Georgiae Augustae solemni dedicatione adiectorum.

eius, & quomodo ſe gerere debeant, vbi officiorum erga ipſum & dominum territorii colliſio exiſtit, iam non disquirimus (n).

§. VIII.

ITEM CIRCA LEGES ACADEMICAS FERENDAS.

Ita vero recens conditae & priuilegiis Caeſareis munitae Academiae peculiaribus quoque priuilegiis, beneficiis, iuribus ac praerogatiuis, ab ipſis principibus imperii, conditoribus ſuis, ornari (o) ſolent, qui etiam ſtatuta cum vniuerſalia totius Corporis Academici, tum ſingularum Facultatum, vti vulgo vocantur, ſua firmare auctoritate variisque legibus & edictis ſalutaribus ipſas Vniuerſitates munire conſueuerunt. Sicuti autem ab iis, qui in Scholis & Academiis docent, omnis earum cum celebritas, tum vtilitas, tum incrementum etiam pendet: ita non ſolum curandum eſt, vt viri idonei & morum probitate ac ciuilitate non minus, quam eruditione, inſignes, muneri docendi praeficiantur, ſed etiam ſedulo diſpiciendum, quid doceant ſcribantue (p), & quomodo quisque officio ſuo fungatur.

(n) Exornauit hanc ſpartam B. TREVERVS in Diſſ. de *Officiis Academiarum Germaniae in Caeſarem & imperium.* Gottingae 1735. habita.

(o) Teſtis eſt tenor priuilegiorum regio electoralium Academiae Gotting. locis ſupra not. m citatis occurrentium.

(p) Multa hic dicenda forent de cen-

tur. Sed non minus curae cordique esse debent bono principi spes patriae, non parentum magis, quam reipublicae pignora, studiosos puto, quibus tot iam olim priuilegiis FRIDERICVS Imperator prospexit (q). Notissima & communis fere querela est, quantum damni & quantam subinde cladem adferant Academiis priuatae commilitonum pugnae, vbi saepius a rixis ad minas, a ludo iocoque ad iurgia, a verbis ad verbera & arma deueniunt, bellaque, reclamantibus licet Musis, quae pacem ac quietem amant, summo cum vitae periculo & irreparabili felicitatis suae saepe iactura gerunt. Nec minus constat, quam rara sit apud multos parsimoniae laus, quam mali inueniantur oeconomi, quam frequenter contra, insciis inuitisque parentibus & tutoribus, tantam aeris alieni vim contrahant, vt ei exsoluendo ipsorum fortunae vix sufficiant. His ingrauescentibus malis vt salutaris medicina paretur, Edictis & SCtis Academicis opus est, quibus & duella, quorum toleran-

censura librorum, nisi vela iam contrahenda essent. Media via hic quoque sine dubio tutissima erit, vt preli libertas neque extendatur, neque coarctetur nimis. Vid. AHASV. FRITSCHIVS de *Abusibus typographiae* & conf. Ill. BOEHMERI Diss. de *Iure circa libros improbatae lectionis.*

(q) In Auth. Habita C. *Ne fil. pro patre*, quae inter alios REBVFFO integrum commentarium de *priuilegiis studiosorum* conscribendi ansam praebuit, vbi CLXXX numerat, quae tamen non omnia genuina esse, facile vnicuique, paulo penitus ea inspicienti, patebit.

lerantia reipublicae tam eſt perniciosa, prohibeantur, & aeri alieno, quo saepo ſtudioſi nimia creditorum, prodigalitati & luxuriae iuſto licentius indulgentium, & lucro illicito inhiantium, facilitate dicam, an improbitate, irretiri ſolent, certi limites ponantur, atque adeo & filiis & patribusfamilias conſulatur. Neque ſane Academia ſine talium legum cuſtodia ſanctiſſima efflorelcere, aut bonus in illa ordo poteſt conſeruari (r). Quare prima quoque & D. IVLII, Iulio-Carolinae, cuius ſalutem non minus ſibi commendatam habet Sereniſſimus Dux, CAROLVS, & Auguſtiſſimi Regis, GEORGII II. Academiae Georgiae Auguſtae conditoris, cura fuit, vt a primis incunabulis vtramque ſaluberrimis eiusmodi legibus inſtruerent, quibus genuina libertas Academica & vera felicitas ſtudioſae iuuentutis ſtabilirentur.

§. IX.

PORRO CIRCA SOCIETATES LITTERARIAS FOVENDAS.

Verſatur porro ius, de quo nunc ſermo eſt, circa fouendas ſocietates litterarias, ipſas quoque Academiarum titulis con-

(r) Ex inſtituto hoc oſtendit MEYFART *Von Erbauung und Fortſetzung der Academiſchen Diſciplin* L. II. c. 1. ſeqq. Add. V. C. CHRIST. HANACCII Diſſ. de *Aere alieno ſtudioſor.* vulgo *von Schuld- und Credit-Weſen derer Studenten.*

conſpicuas. Quae cum ad artium ſcientiarumque fines proferendos plurimum faciant (s), facile perſpicitur, principem & recte curam ſuam adhibere, & iure ſuo vti, ſi de illis bene inſtituendis emendandisque ſit ſollicitus, illas legibus armet, honoribus & priuilegiis decoret, atque tam praeſidem, quam ſocios idoneos, eligi iubeat, omniaque ad incrementum reipublicae litterariae ſtudeat attemperare. Non recenſum hic inſtituemus ſocietatum, quae in Italia, Gallia, Anglia, Luſitania, Ruſſia alibique florent (t). Neque laudes hoc loco celebrabimus ſocietatis Naturae curioſorum Vindobonenſis & ſcientiarum Berolinenſis, quippe quarum omnium tanta eſt celebritas, vt apud omnes, qui bonas litteras, artes ſcientiasque amant, ſummo in pretio habeantur. Vidimus, ad exemplum Lipſienſis, cui plurimum hoc nomine debetur, in multis Germaniae Academiis ſocietates Teutonicas, priuatis plerumque auſpiciis coaluiſſe, quarum induſtria laudabili conſilio circa vernaculae linguae culturam occupata eſt. Floret talis etiam hic Gottingae, quae ſicuti auctoritate publica conſtituta eſt, & Illuſtriſſimi Comitis Rutheni, HENRICI XI. protectione gaudet, ita quoque nihil facit reliqui eorum, quae ad linguam Germanicam excolendam perpoliendamque

(s) Commendauit earum vtilitatem data opera VOCKERODT in *Exercit. Acad. I. de Societ. litter.* Gothae 1704.

(t) Ordine eas recenſet MORHOFF. in *Polyhiſt.* L. I. c. 14.

que pertinent. Neque ſilentio hic praetermittere poſſumus, quae Helmaeſtadii non ita pridem ſub auſpiciis Sereniſſimi principis, CAROLI GVILIELMI FERDINANDI, Ducatus Brunſuico - Luneburg. heredis, caput extulit, Societatem Gallicam, quarum membra ad hanc linguam, quae noſtro aeuo non minus, ac vernacula, neceſſaria eſt, artemque oratoriam excolendam ſingulis ſeptimanis ſub ductu peritiſſimi magiſtri bis conueniunt (u).

§. X.

RELIQVA STVDIORVM LIBERALIVM SVBSIDIA ET MOMENTA CVRA PRINCIPALI DIGNA SVMMATIM ENARRANTVR.

Aperit hic ſeſe campus ampliſſimus de adornandis bibliothecis, gazophylaciis, theatris anatomicis, aliisque palaeſtris ſimilibus, in quibus iuuenum induſtria exerceri poſſit, diſſerendi. Plura de aliis ſtudiorum ſubſidiis, recte diſtribuendis ſtipendiis litterariis & praemiis diligentiae, inſtituendis hunc in finem non in ſcholis ſolum, ſed etiam Academiis, examinibus crebrioribus, explorandisque ſtudioſorum, qui vel beneficiis fruuntur, vel in docendo vires experiri cupiunt, vel ad honores academicos adſpirant, profectibus, adſtringendis item ciuibus ad Academias

(u) Rationem inſtituti huius vide, ſi lubet, *in den Braunſchweigiſchen Anzeigen* N. 38. ſuperioris anni.

demias patrias non praetereundas, ſed prae ceteris, ſi non per totum vitae academicae curſum, ſaltem per aliquod temporis ſpatium, frequentandas, de rite abſoluendo ſtadio litterario, recte ineunda docendi diſcendique ratione, docentium diſcentiumque vel incitamentis, vel remoris, tollendis peregrinationum plerumque magis ſumtuoſarum, quam proficuarum, abuſibus, recte inſtituendis itineribus litterariis, & de prudentia peregrinandi, deque aliis vel adiumentis, vel impedimentis liberalium artium, dicenda ſuperſunt, ſed ſumma tantum capita hic attigiſſe iam ſatis habemus.

§. XI.

DE CVRA CIRCA EXCOLENDAS ARTES MECHANICAS.

Quoniam tamen, principum curam circa ſtudia non modo ſe exſerere in promouendis artium liberalium ſcientiarumque incrementis, verum etiam ad artes illiberales & opificia ſpectare, in limine ſtatim huius Sectionis indicauimus; antequam finem illi imponamus, de his quoque pauca ſunt addenda. Non minus reipublicae intereſſe, artes mechanicas perfici, de illis autem perficiendis priuatos homines cogitare vel non velle, vel non poſſe, in propatulo eſt (x). Proſunt, praeter architecturam ciuilem, militarem

(x) Hinc iam dudum de erigendis manufaciendorum Academiis con-

rem & naualem, praeter artem pictoriam & ſculptoriam, praeter chirurgicam, pharmaceuticam & obſtetriciam, fuſoriam & pirotechnicam, quoque textoria, fullonia, figulina, vitriaria, ſimilesque artes, quae ſi non floreant, nec ipſa reſpublica florere poteſt. Vidit ſuperior & noſtra aetas exempla principum ſapientiſſimorum, quorum cura haud paucae artes & opificia magis magisque ita exculta fuerunt, vt inde maximum lucrum ad ciues ipſorum redundarit. Quantum vaſto ſuo imperio munificentia ſua profuerit Petrus I. Ruſſorum imperator, oſtendunt varii generis artes, illis antea parum cognitae, ſed poſtea ad ſummum perfectionis gradum euectae ipſius induſtria & vigilantia, qua immortale nomen tum apud ſuos, tum apud xteros, qui haec omnia non ſine admiratione intuiti ſunt (xx), conſecutus eſt. De collegio Carolino

co [illegible] propoſita ſunt. Conf. IOH. GEORG [illegible] S *Probe, wie ein Herr* [illegible] *Leute verbeſſern ſoll.* cap. [illegible]

x) Non alienum videtur hic ſubiicere, quae nuper nobis occurrerunt in deſcriptione Academiae ſcientiarum Petropolitanae eiusdemque bibliothecae & pinacothecae, Petropoli cum tabulis aeri inciſis edita, cui pr[illegible]miſſa eſt Epitome, ſ. *kurtzer Begriff von der Verfaſſung der Academie und Einrichtung der Bibliotheck und Kunſt-Cammer*, vbi p. 5. ſequentia legimus: *Da nun aber Peter der Groſſe, glorwürdigſten Andenckens, die hohe Abſicht geführet hatte, mit der Academie der Wiſſenſchafften, auch zugleich eine Academie der Künſte und*

rolino iam diximus, quod ſumma conditoris ſui prouidentia in eo potiſſimum ab aliis eiusmodi inſtitutis ſeſe diſtinguit, quod non ſolum litterae, ſed etiam omnis generis artes ibi docentur.

§. XII.

DE COLLEGIIS OPIFICVM IN ORDINE CONTINENDIS.

Quemadmodum vero cuique domino territoriali ius ſupre-

und anderer dazu gehörigen Werck-ſtädte zu verbinden, als wovon noch ein eigenhändiger Auffatz ſeiner Kayſerl. Maieſtät vorhanden iſt: Dieſer groſſe Stiffter aber kurtz darauf durch den unverhofften Todt der Welt entriſſen ward, ſo gerieth zwar allerdinges dieſes abgezielte Werck wiederum ins Stecken, und die Academie der Wiſſenſchafften blieb ohne Künſte und ihren Werckſtädten. Die Erfahrung aber beſtätigte gar bald, daß die Ausübung der Wiſſenſchafften und der damit abgezielte Nutzen, ohne die Künſte und ihren Werck-Städten nicht wohl erhalten werden konte, daher ſah man ſich genöthiget nach und nach aus den Mittelen der Academie der Wiſſenſchaften diejenigen unentbehrlichen Einrichtungen zu machen, wozu der glorwürdigſte Kayſer einen beſondern Gehalt von einer anſehnlichen Summe Geldes beſtimmet hatte, und ſo kamen denn die Buchdruckereyen, Schriffigieſſereyen, Buchbindereyen, Zeichnungs-Stuben, Kupferſtechereyen und Druckereyen, mechaniſchen Werck-Städte, Glaß-Schleiffereyen, Stein-Schneidereyen, Drechslereyen und andere Werck-Stuben und Städten mehr, bey der Academie zum Stande.

ſupremae inſpectionis competit in quasuis ſocietates in territorio ſuo exiſtentes; quemadmodum adeo cuique principi curandum eſt, ne quid inde detrimenti respublica capiat: ita ſine dubio etiam curam extendere ſuam ad opificum collegia, ſiue Gildonias, debet. Iam ex iis, quae in praecedentibus diſſeruimus, ſatis, opinor, adparet, quam vtiles & neceſſariae ſint artes quoque ſellulariae, & varii generis opificia, quippe quae maxima incrementa conciliant vrbibus, atque ad ipſum commercio-rum florem plurimum conferunt. Plures hinc Viri celeberrimi, veritatem prouerbii Germanici, ſecundum quod opificia fundamento aureo niti dicuntur, ipſa experientia comprobaturi, vtilitatem rei opificiariae, atque abundantiam, ex fabricis & officinis, vulgo manufacturis, expectandam, deſtinata opera ſunt oſtendere adgreſſi (y), dignumque iudicarunt argumentum, in quo induſtriam ſuam collocarent (z). Sed non minus perpenderunt atque publicis

(y) Vid. L. B. DE SCHROEDERN *Fürſtl. Schatz und Rent-Cammer* cap. 88 ſeqq. GEORGII OBRECHTI *Politiſche Gedancken von Verbeſſerung Land- und Leute*, cuius rarioris opuſculi potiora capita exhibet MAXIMIL. FAVST AB ASCHAFFENBVRG Conſil. pro *Aerario* XIII. vt BESOLDI aliorumque de aerario publ. locupletando conſilia paſſim obuia taceamus. Add. SCHVPPIVS *in dem belobten Handwercker*.

(z) Nota ſunt GVIDONIS PANCIROLLI, AHASVERI

blicis scriptis docuerunt viri de republ. bene meritur quanta emendatione opificum tribus & sodalitia indigeant (a). Iam olim (b) & nuper quoque diu satis de abusibus (c) eorundem tollendis, in ipsis imperii comitiis, consultatum fuit, donec tandem, imperante Diuo Carolo

VERI FRITSCHII, IO. STRAVCHII, ADR. BEYERI, STRVVII, PHILIPPI, HEINECCII aliorumque de *Corporibus artificum & collegiis iuribusue opificum* scripta, quae Lexicis, huc spectantibus, sensim aucta sunt, & quotidie augentur. Plura quoque notatu digna continet LVDEWIGII Diss. de *Opifice exule in pagis*, ad Tit. D. de *Collegiis & corporibus*.

(a) Vid. IVST. CHRIST. DITHMARI Differt. *historico-politico-iuris publ. de collegiis opificum apud Germanos emendandis*, Francof. ad Viadr. 1731. & conf. B. Dni. de GOEBEL praefatio, *Monita quaedam ad iurisprud. Germ. augendam & rem opificiar. emendandam sistens*, quae ADR. BEIERI nouae editioni de *Collegiis opificum* praemissa est.

(b) Vid. *Reform. polit.* de a. 1530 Tit. 39. an. 1548. Tit. 36. 37. & a. 1577. Tit. 37. & 38. Add. R. I. nouiss. §. 106. & conf. FABRI *Staats-Cantzeley* T. I. Fasc. 2. n. 4. & 5. pag. 116. sqq. AVCTOR *Meditat. ad I. P. Caes. Suec.* Art. III. §. 9. p. 1510. sqq. & LVNIGII *R. Archiv P. gen.* sub rubr. *Handwercks Sachen*, p. 551. sqq.

(c) Eos sigillatim percensuit HILLER in Differt. de *Abusibus, qui in Germ. nostra in collegiis vigent opificum, deque medelis contra eosdem adhibendis.*

360

VI. ad optatum finem res perduceretur (d). Conformes conclufo imperii constitutiones paffim promulgarunt, statutaque opificiaria eo direxerunt principes imperii, ciuium fuorum falutem bonumque in republ. ordinem curae cordique habentes (e). Imprimis, ad euitandam confusionem & praecidendas altercationes inter opifices diuersi generis, confultum eft prohibere, ne cuiquam falcem in alienam meffem immittere liceat, fed propria quisque viuat (f), certumque hinc cuiuscunque generis opificum habere numerum, ex ratione fupra (g) ex ZIEGLERO in me-

(d) Teftatur hoc *der Reichs-Schluß wieder die Handwercks-Mißbräuche* de a. 1731.

(e) Vid. *Edictum, daß dem allerhöchften und Kayferl. Reichs-Schluß, die bey den Zünften und Handwerckeren eingerißne fchädliche Mißbräuche und deren Abftellung betreffend, nachgelebet werden folle*, quod Hannouerae d. 17. Septembr. 1732. auctoritate regia publicatum & T. III. *Conftit. Elect. Br.* infertum eft, N XVIII. c. IV. Sect. I. quae tota repleta eft conftitutionibus, ad emendationem rei opif. fpectantibus.

(f) Ex inftituto hoc oftendit ADR. BEIERVS in Tr. Iurid. de *Manufacturis, oder von denen Waaren, welche mit der Hand gemacht werden, und wie ferne folche diefem, oder ienem Handwerck zukommen*, Ienae fuperiori anno recufa. Docte quoque hoc argumentum tractauit Vir Confult. IO. CHRIST. THILO, in Diff. inaug. de *Diuerforum opificiorum confufione Germaniae parum proficua adeoque non permittenda*, Gottingae 1736.

(g) Sect. II. §. IX. pag 48.

medium allata & huc etiam quam maxime quadrante, praeter neceſſitatem haud facile multiplicandum, neque tamen, ne hic quoque monopoliorum incommoda ſentiat ciuitas, nimis conſtringendum. Nec minus e re eſt commendare magiſtratibus municipalibus & politiae epiſcopis (h) ſedulam in opificum collegia inſpectionem atque curam, ne vel merces fabricando vitient, vel quidpiam in damnum, vel publicum, vel priuatum moliantur. Coercendi vero ſunt poenis ſeuerioribus non modo mercatores, vti ſupra (i) iam vidimus, ſed etiam opifices quicunque, quaeſtus illiciti cauſſa, inter ſe paciſcuntur, ne res manu factae minori pretio, quam communi placito ſtatuerint, venundentur, vel etiam, ne quis alteri commiſſum iam, vel ab eo coeptum opus perficiat, aut operas ſuas viliori mercede aliis locet, & ſi quae ſunt aliae cacophilargyrorum (ii) pactiones fraudulosae, non minus reipubl. noxiorum, quam qui annonam flagellant.

CON-

(h) Legi haec merentur, quae de differentia iurisdictionis & politiae intuitu Gildarum diſſeruntur in *Vindiciis iuſtitiae iudicii recuperatorii Ducalis Guelphyci a. 1735. 1736. Helmſtadii exerciti*, ibidem, praeſide B KRESSIO & Reſpondente Generoſiſſ. Dno DE HOYM, antea defenſis & anno inſequenti auctioribus recuſis, cap. III §. 49 pag. 199.

(i) Sect. II. §. XXXV. not. q.

(ii) Vid. LYNKERI Tr. *Iurid.* de *Cacophilargyria*, ſiue *auri ſacra fame, von dem ſchändlichen und ſchädlichen Triebe Geld und Reichthum zu erlangen*, Ienae quondam 1695. ventilata, & Halae Magdeb. 1737. recuſa cap. 2. Th. 6.

CONCLVSIO.

Atque haec quidem ſunt, quae de principum imperii iure circa commercia & ciuium ſtudia hac commentatione complecti animus fuit, eo quidem nomine mihi iucundiſſima, quod prudentia Legumlatorum Brunſuicenſium, & Sereniſſimi inprimis Ducis, CAROLI, patris patriae longe clementiſſimi, imago haec commentanti fere vbique ante oculos verſari viſa eſt, cuius vti virtutes reliquae excellentiſſimae, ita quoque ciuium amor, in fouendis promouendisque ipſorum commerciis non minus, quam ceteris ſtudiis, ſeſe exſerens, tanquam ex terſiſſimo ſpeculo mihi reluxerunt. A quo igitur ſcribendi cepi initium, in eo contemplando iam quoque merito deſino, nihil magis in votis habens, quam vt ciues mei felicitate, qua ſub praeſidio Principis incomparabilis dulciſſimo gaudent, quam diutiſſime fruantur, atque in terris Brunſuicenſibus, quaqua patent, commercia bonarumque artium ſtudia indiuulso ſemper nexu floreant.

Faxit Deus feliciter!

VIRO

NOBILISSIMO ORNATISSIMOQVE

DOMINO RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Quid commercii cum Musis, id est, cum humanitate ac doctrina babueris, publico iam eruditionis specimine ostendis, cuius argumentum, Tua Minerua exquisitum, sicuti ciuis Brunsuicensis industria imprimis dignum est, ita publici saporis fore, eo minus dubitare debes, quo magis in eo excutiendo illustrandoque principis sapientissimi palatum suspexisti, omni cogitatione curaque in id incumbentis, vt commercia bonarumque litterarum studia sororio veluti quodam vinculo inter se arctissime connectat, & vtrorumque flore aequali ciuium suorum felicitatem procuret. Accendit hoc ipsum exemplum incomparabile animi Tui alacritatem, vt, ad mercaturam quasi optimarum artium profectus, illud Ciceronis ad Marcum filium, cuius in prooemio dissertationis mentionem fecisti, ante oculos haberes, eum studiis colorem Tuis mature conciliaturus, quem rerum publice gerendarum vsus poscit. Quid non igitur vtilitatis a Te expectare poterit carissima patria, ad quam tam bene instructus redis? Quid non decoris sperare de Te debet splendidissima gens Tua, quae suis in illam meritis tam pulchre Tibi praeluxit? Nobis vero, qui Te hilarem semper commodumque conuictorem experti sumus, vti iu-

la nunquam non Tui recordatio, sic mensae secundae it, quidquid ingeniosi & eruditi protuleris ad defen- ... dapes ... pposuisti. Iam Tres T... haec quid... e prope dissentire videntur, qui verae omnino laudis gustum habent. Fac itaque, probe ex ...ninatis doctissimi dissensus rationibus, amicos, quos opti- ...um amicitiae condimentum, suauitas morum & sermonum, T...i conciliauit, in concordiam iterum Tecum adducas. Ego quidem, quem in adstruenda totius disputationis Tuae compage consentientem habuisti, neque in ea tuenda vadimonium deseram. Vale resque tuas hinc discedens feliciter age. Scribeb. d. IV. *Aprilis*

CIↃ IↃCCXXXXVI.

FAMI-

FAMILIARI SVO ET QVOTIDIANO CONVICTORI

LVEDECKENIO

S. P. D.

ALEXANDER ANDREAS DE RAMDOHR.

Quantum vel inde a primo congressu, vbi vitae victusque consuetudinem instituebamus, tuum exstiterit studium tum iungendae, tum colendae sanctissime amicitiae; id quidem cum summa mea voluptate sensi, habitis vix sermonibus, quibus sese alloquuntur primum conuenientes: quod eo facilius accidit, quo magis aculeis quasi me pungeret occultum desiderium tui. Mirum enim est, quantum animi, sic inuicem sibi propensi, suas cogitationes tam facile adsequantur. Ita fit, vt taciti ad mutuam amicitiam se inuitent, eiusdemque semina iaciant, quae deinde, bene iacta & industria quotidie exculta, fructus ferunt vberrimos, quos equidem me abunde quoque ex tua amicitia, Amice optime, cepisse profiteor. Cuius si quod exstat luculentum exemplum, certe hodie exstat, cum demandata mihi a te sit oppugnatoris sparta. Quid enim hoc est, nisi fructus amicitiae & quotidiani vsus? Agnosco vero honorificam disputationem cum aduersario forti, qualis tu es, ineundam: gratissimam illam publice declarandi amoris in te mei occasionem.

Ceterum gratulor tibi ex animo exantlatos expeditosque feliciter labores, quibus ad maiorum tuorum laudes quam proxime accedis. Hinc enim spe certa augurari licet, fore, vt lumen, quod hi tibi praetulerunt, tu posteris ipsis praeferas. Ita vale, mi LVEDECKE, *& redi ad patrios penates familiaresque & incolumis, & memor nostri iucundissimi conuictus, vbi semper ingenii tui amoenitatem admirati sumus. Vtinam multos adhuc modios salis simul tecum ad mensam Illustris Praesidis edere nobis liceret! Sic enim, teste Cicerone, amicitiae munus demum expletur. Vale iterum meque ama. Dabam in Georgia Augusta d.* IV. *Aprilis* MDCCXLVI.

AMICISSIMO LVEDECKENIO

I. M. STRVBE. S. D.

Non possum Te, publica eruditionis & eloquentiae tuae specimina dantem, abitumque ex hac Alma Georgia Augusta, in qua carus omnibus fuisti, parantem, sine meo quodam alloquio dimittere: tum quod reprehendentis sparta in me collata, partem me huius disputatoriae cerimoniae fecisti, tum vt absens quoque aliquid habeas, quod amicitiam tibi nostram in mentem reuocare possit. Iura principis S. R. I. circa commercia & studia eleganti ita consilio exponis, vt, vtrum argumenti delectus, an tua tractandi illius sollertia magis laudanda sit, dubios reddas lectores tuos. Quid enim hominem Brunsuicensem magis decet, quam de iis rebus cogitare, quas tanquam publicae salutis firmissima fulcra, Serenissimus Dux tuus, amor & delicium ciuium, sapienti consilio faustissimoque euentu, ponit, iure suo, quod circa studia commerciaque habet, ad id vnice vtens, vt beatiores vos felicioresque reddat? Quare tu non poteras in digniore argumento studium collocare, nec feliciore quisquam augurio ad illud illustrandum accedere. Quemadmodum vero ita pulchre hanc prouinciam exornas, vt quanta in te sit eruditionis copia, lecturi omnes facile cernant; ita cognitam tuam nobis in disputando facundiam, cognitum illud ingenii tui flumen, ipsi cum voluptate audituri sumus atque experturi. Ego certe, AMICISSIME LVEDEKENI, *qui in partem tuarum rerum lubentissime eo, felicissima hinc tibi omnia auguror. Cuius voti mei me Deus si damnauerit; tunc tu ad magni familiae tuae decoris,* VRBANI GOTTLIEB DE LVEDECKEN, *& aetatem & felicitatem & gloriam adscendes. Vale.*

Scribeb. in Georg. Augusta a. d. IV. *Aprilis* MDCCXLVI.

VI-

VIRO

PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMO

DOMINO

VRBANO LEVINO GABRIELI LVEDECKENIO

S. P. D.

RVDOLPHVS WICHELHAVSEN BREMENS.

Ingratus merito atque parum humanus, ne dicam improbus, videri possem, Praestantissime LVDECKENI, *si, cum saepius humanissime a Te compellatus, ne litterario quidem officio tantum Tuum in me studium compensare studerem, & aeque cum aliis applaudentibus accurrerem, occasione, q[...] publice profiteri aggressus, quod me tacite hactenus in summam Tui rapuit admirationem. En itaque lineolas hasce quae, licet tarditatem meam (quasi ex gente Lentulorum) accusent, certissimae tamen obseruantiae meae testes. En acclamantem Tibi amicum ad gloriam, dignum virtutum atque laborum Tuorum praemium. Quo maioribus vero animi dotibus fulges; Quo longius alios eruditione superas, pauloque altius volas, melioris ingenii alis subvectus; Eo magis gaudeo: Eo magis mihi gratulor, me numero eorum adscriptum,*

ptum, qui ex amicis Tuis nesciunt, comitatem, suauitatem, humanitatem Tuam an magis mirentur, an potius doctrinam. Vtramque ego saepius expertus sum, & doctrinam, & humanitatem. In vtraque vero, si quid adhuc in praeclaro praeclarius, in magno existere posset maius, cum quouis facile de palma certare poteris.

Doctissima atque plane exhausta haec Tua dissertatio certissimus alterius esse potest testis. Egregium enim non solum eruditionis solidae pariter ac ingenii, sed & iudicii acuminis continet documentum. Officii hinc mei iam quoque esse puto, publico accedere applausui. Officii mei esse puto, vt Tibi, Patriae, Splendidissimaeque Tuae Familiae de tantis Tuis meritis gratuler. Perge inoffenso pede, felicissima, quam semel ingressus, via. Virtus Tua facile Tibi aditum pandet ad maiorem laudem summosque honores, imo tantam gloriam, cuius memoriam sera adhuc seculorum recolet series. Vale, Amice optime, mihique porro fauere, non dedignare. Dabam d. xx. Mart.

MDCCXLVI.